

qui de tali communi usu loquendi testantur, non loquuntur de particulari unius, vel alterius loci, quo casu procedit Alex. Paris de Puteo, Decius & Ioann. Duran. sed loquuntur de communi usu loquendi generali, & sic uniformi quocunque loco, quod naturales dicantur nati ex soluto & soluta, licet non retenta in se mate concubinæ, merito sufficere debet illorū
 94 testatio ꝑ cum talis communis usus loquendi veluti notorius non egeat probatione, secundum Bar. in l. filiusfamil. §. ueterani. ff. de proc. & in l. si fugitiui col. 1. C. de ser. fug. Crau. cōf. 137. n. 5. ꝑ Rursus quod dicit Doctores, vide licet Alex. in dicta l. post dotem. & sequaces alibi, non esse credendum Doctōri attestanti consuetudinem extare, procedit in consuetudine de qua non ita potest haberi certitudo, sicut de statuto, & id genus, ut declarat Emilian. cōf. 117. nu. 6. At si proponitur, hunc esse communem usum loquendi generalem ubique, facilis est eius certitudo, merito standum est assertio
 96 ni Doctōrum de illo. ꝑ Postremò nec aliud scitu dignum prætereo, quod iste communis usus loquendi dicitur interpretatiuus: quia doctores interpretantur, quod natus ex soluto & soluta licet non retenta in domo uxorio affectu dicatur naturalis, secundum uulgarem usum loquendi, qui omnē Ballardum naturalem appellat, non autem legaliter dicatur naturalis, neque secundum iuris ciuilibus subtilitatem, merito de isto cōmuni usu loquendi interpretatiuo sicut de consuetudine interpretatiua bene credendum est attestatiōni doctōrum, ut est doctrina Cardinalis in c. plerunque. 2. q. 7. quem sequitur Neuiza. cōf. 4. nu. 3. quia ad Doctores pertinet interpretatio, & eis datum est iura interpretari. Remanet igitur ex prædictis, hanc illustrem D. Blancam dici naturalem & capaceam relictōrum bonorum sibi.
 97 ꝑ Non obstat insuper, quod Ill. Do. Blanca probare debeat prædicta requisita, aliàs præsumi debeat spuria & incapax, ut uoluerunt Natta, Bertrād. & alii supra citati: melius enim sensit Craue. in dicto cōf. 166. motus bona ratione: quia actor fundans intentionem suam super spurietate, ut quod reus natus fuerit ex coitu damnato, probare tenetur ipsam spurietatē & coitum damnatum: quia in dubio non præsumitur quis spurius, nisi probetur, sed naturalis, ut euitetur suspicio delicti, quod quis coitum
 98 dānatū cōmiserit. l. merito. ff. pro soc. ꝑ adducit in terminis Crauet. Bald. cōf. 448. Quæritur in primis, an ualeat testamētum. nu. 4. uol. 2. ubi quærit, pone quod est dubium, utrum quis sit naturalis uel spurius, quia aliqui dicunt quod mater habebat alium virum, alii dicunt contrarium, utrum iste possit hæres institui, de cuius statu est incertum? Et respondet Bal. ꝑ sic quia præsumitur capax, & ubi lex præsumit, vel
 99 diffinit, ibi nulla est incertitudo. ꝑ ita Baldus eleganter ibi, cuius auctoritas parua nō est in

causis decidendis, ut inquit Castrenf. cōf. 152. col. fi. vol. 2. Immo uerò maxima, ut scribit Rui. cōf. 3. n. 17. uol. 2. quæ transcendit omnē uiuētē, ut idē Rui. concedit cōf. 58. nu. 15. uol. 3. nisi tamen sine lege loquatur, ut per eum, quod in casu nostro dici non potest, ubi se fundat in præsumptione legis merito ff. pro soc.
 100 ꝑ Nec obstat, quod inquit Natta. nu. 10. Baldum loqui de probatione dubia propter contrarietatem testium. At quādo probatur, quod quis sit natus ex soluto & soluta, uel admittitur ut in casu, probatio nō est ambigua, quin inferat ad spurietatem non ad cōcubinatum, non non probatis his, quæ ad cōcubinatum requiruntur. Quoniam talis responsio procedit considerato mero rigore iuris ciuilibus, & remoto communi usu loquendi & æquitate canonica, aliàs secus, ut in casu nostro, in quo decisio Baldi procedit a fortiori. Nam si in casu dubio fit illa benignior interpretatio, multo magis in nostro fieri debet, ubi communis usus loquendi & æquitas Canonica rem magis adiuuat ad fauorem Illustris Do. Blancæ. ꝑ & licet etiam Natta moueatur ex notatis per Butrium, Ioannem Andream, Abbatem, & alios in c. peruenit, qui fil. sint legi. Alberi. in l. si uicinis. C. de nupt. & Ang. in l. liberorum. in prin. ff. de his qui not. infam. ubi dicunt, quod conuentus ad relaxanda bona patris, si dicat, se legitimum & institutum, legitimitas autem negetur, probare debet se legitimum. Quare pari modo arguit Natta, si conuentus præterit se institutum potuisse tanquam naturalem non extante legitima sobole, probare debet se natū ex cōcubina in domo retenta uxorio affectu, nec sufficit probare quod natus sit ex soluto & soluta
 102 ꝑ Tamen errore labitur Natta ex ualde diuersis arguens, quod non admittitur, neque licet l. Papi. exuli. ff. de minor. Nam notata per Io. Andre. & sequaces procedunt, ubi erat quæstio de legitimitate uel non, an quis diceretur esse
 103 legitimus ꝑ Nam cum legitimatio pendeat à matrimonio, & matrimonium non præsumatur ex cohabitatione de iure Canonico: quia fornicarii sepe se uocant coniuges, ut eorum regant delictum, ut tradit Innoc. in c. ex parte. de resti. spol. & Alberic. in dicta l. si uicinis. & ex alia ratione, quam ponit Alciat. in dicta 5. præsum. col. 2. fit ut quis legitimus non præsumatur. At nos extra dictum casum uersamur, quia supponitur hanc filiam non esse legitimā ex matrimonio, dubitaturque nunquid spuria, uel naturalis dicatur largo modo secundum communem usum loquendi, & æquitatem canonicam potius quam spuria secundum iuris rigorem, & hoc casu mitior fieri debet interpretatio, quod naturalis præsumatur, & per consequens ꝑ sit capax relictōrum sibi factorum.
 104 ꝑ Et in quantum postremò dicebam, non esse standum patris assertioni de naturalitate filia, secundum Alciatum respon. 58. propter præ-

presumptionem, cum naturalitas præsumatur non autem spurietas, secundum Bal. & Craue.
 105 de quibus supra. ꝑ & licet in concubinato peccatum uideatur esse maius propter actum successuum, tamen alio respectu minus uidetur cum filius naturalis inde genitus plerunque det causam sequenti matrimonio; quia pater concubinam ex qua natus est in uxorem plerunque ducit. l. cum quis. l. nuper. C. de natural. lib. & §. si. in aut. quib. mod. natur. effi. leg. cum similibus per Tiraquellum in tract. primigeniorum. 34. q. nu. 47. quod in spuris non contingit, quorum parentes in matrimonio cōiungi non possunt, uel quia sunt alteri matrimonio deuincti, uel simul affines, uel obstat religionis impedimentum.
 106 ꝑ Non obstat & aliud requisitum, quod potuerit esse legitimum matrimonium inter solutum & solutam, quod non uidetur esse potuisse inter Illustrerem Do. Guorem ualde nobilem & illam mulierem uilem & ignobilē; ac prorsus inæqualem, ut Angelus & multi sequaces dixerunt in alio casu supra relati, nam in terminis nostris, qui uersantur in cōstituendo filium naturalem tantum, Speculator in dicto §. 1. de success. ab intesta. non considerauit, quod potuerit esse matrimonium inter virum et mulierem respectu æqualitatis, nec quod illa mulier esset digna illo viro, secumque matrimonio copulari mereretur, probatur ꝑ Nam cum serua matrimonium legitimum contrahi potest c. proposuit. & c. si. de coniug. seruo. sicut & cū meretrice c. inter opera, de spons. c. integritas §. fina. 32. q. 1. & tamen apparet, tales mulieres esse uilissimas plerunque respectu uirorum qui se cum illis cōmiserunt, idque firmat Nicol. de Vbal. in tract. de success. ab intesta. nu. 62. Bal. in l. eam quam. col. 2. uerf. deinde C. de fideic. Iason cōf. 234. vol. 2. Cast. pulchre cōf. 85. col. 2. in anti. Didacus Couaru. in 4. decretal. cap. 8. §. 2. nume. 9. Siluanus cōf. 3. nu. 41. Senatus Pedemontanus decis. 154. qui fatentur omnes matrimonium posse contrahi, & contractum ualere cum muliere uilissima & admodum viro inæquali.
 108 ꝑ Sed cōsiderauit Speculator, ꝑ potuerit esse matrimonium: quia nō fuerint acedentes inuicē nec descēdentes, collaterales, uel affines: inter n. tales matrimonium legitimū nō cōtrahitur, sed dicitur incestus & nepharia nuptiæ. ut habetur in aut. de incest. & nephar. nup. & ibi Glossa in uer. sancimus. ad quem locum se remittit
 109 Specul. ꝑ uide secundum legem quam citat est intelligendum, iuxta doctrinam Bartoli in l. non solum. §. liberationis. ff. de lib. ieg. Roma. cōf. 102. Dec. cōf. 79. circa prin. Do. meus Riminaldi cōf. 24. nu. 13. cōf. 163. nu. 13. & cōf. 132. nu. 16. Cephal. cōf. 179. nu. 13. cum similibus. talique casu filii dicuntur spurii. sed quādo cessat huiusmodi sanguinis coniunctio, & quod uterque sit laicus & solutus, tunc filii di-

cuntur naturales, licet essent inæquales inter se: quoniam potuisset indubitātē inter eos esse matrimonium. ꝑ Angelus uerò & sequaces in contrarium citati, qui considerant, quod potuerit esse matrimonium inter uirum & mulierem, cum honestate locuti sunt, quod ad inducendum effectum legitimationis filii ex eis antea nati persequens matrimonium, nam negant esse locum dicto casu legitimationi prædictæ, prout etiam uoluit Bal. in l. eam quam. C. de fideicommissi. quem pro mirabili dicto refert & sequitur Cardinal. Albanus in suis lucubrationibus ad Bar. in l. in concubinato. ff. de concubi. ꝑ vel quod pater eum simpliciter filium in testamento nominauerit, quo casu solet induci legitimitas, ut est tex. in authentico ut lice. matr. & aui. §. hoc autem & illud. & in authentica item si quis. C. de natural. lib. ubi Bal. dicit hoc esse mirabile, & notat Glo. magna in §. fin. insti. de liberti. sicut & Angel. in §. si. in auth. quib. modis nat. effi. sui. unde Veronenfis caut. 251. monet filium naturalem esse cautum ut si potest, procuret, quod pater appeller ipsū simpliciter filium suum in testamento: quia efficietur legitimus parique modo subdit, si pater non potest habere copiam Imperatoris vel Comitum Palatini, uel non uult aliquid expendere pro legitimatione, potest nominando filium suum simpliciter (qui naturalis erat) eo modo legitimare ꝑ quod aliàs obseruari uidit Veronæ per quendam Berterum Placentinum notarium ualde peritum, dum scriberet testamentum vnus, qui habebat filium naturalem tantum. Nam talis conclusio signanter procedit, quando mater talis filii fuerit digna matrimonio habito respectu ad conditionem amasi sui patris dicti filii naturalis, si uerò non erat digna non legitimatur filius per illā simplicem nominationem filii sicut nec per subsequens matrimonium, secundum Bart. in dicto cōf. 120. quod etiam uoluit Ang. in §. 1. in auth. quib. mod. natu. effi. le
 113 gi. & in dicta auten. item si quis. ꝑ ubi dicit, ꝑ tunc legitimantur filii per nominationem, quando non erat turpe patri illam concubinā in uxorem capere, ponēs exemplum: quia concubina erat uilissima, amasius autem erat magnus nobilis & diues. non enim erat uerisimile, uoluisse illum facere, quod honeste non poterat. l. filius. ff. de conditio. institut. & cum prædictis et latius residet Veron. loco citato. At nos de his legitimationi. nō tractamus, sed an Ill. Do. Blanca naturalis dici possit, posito ꝑ inter eius patrem & matrem non potuisset honeste matrimonium contrahi propter eorum inæqualitatem, quo respectu tantum dicitur quod sic, nec aliquem Doctorem id abnegare & cum naturalis sit succedere potest ex testamento patri suo, ut supra demonstraui, dato quod etiam legitimitas non esset.

Quia tamen legitimitas reperitur & a Comitibus

tibus Palatinis, & à Superiore, ne frustra videatur hæc impetrasse. Dico primum non obstare quo dicebam tales legitimaciones emanasse contra mentem testatoris, qui dedit filia licentiam se legitimari facienti, casu quo fieret monialis, vnde si nollet monachari videtur ei prohibuisse impetrationem legitimacionis. Nam falsitas huius fundamenti conuincitur ex sequentibus uerbis testamenti: postquam enim eam instituit, si fieret monacha, eique dedit licentiam petendi se legitimari, subiunxit. Et si noluerit esse monialis dicti monasterii & in eo profiteri, reliquit eidem iure institutionis & omni meliori modo scutos 25. pro omni eo & toto quod petere possit in bonis & hæreditate ipsius testatoris. Quæ uerba subsecquentibus declarant præcedentia l. si seruus plurium. in fi. ff. de leg. 1. Corn. conf. 71. nu. 9. uol. 1. conf. 162. nu. 3. uol. 3. & conf. 263. nu. 9. uol. 4. Do. meus Riminald. conf. 74. nu. 28. conf. 119. nu. 24. & conf. 203. nu. 18. & sic licentiam supra datam se legitimari facienti nedum casu quo fieret monacha, sed etiam si nolit monachari, quia si uelimus intelligere non esse sibi datam licentiam se legitimandi, casu quo nolit fieri monialis, non erat opus ei reliquere iure institutionis scutos 25. non enim teneatur, neque cogitur pater filio naturali quicquã relinquere, licet possit, & sibi liceat. S. ne igitur. in auth. quib. mod. natur. effi. sui, in uerbo licentiam habeat. & Angel. in uerbo potest. nã quæ potestati alicuius subiicuntur, non imponunt ei necessitatem id peragendi. l. sepe audiui ff. de offi. præsi. Glo. in c. 1. ver. non potest. de reg. iur. in 6. tradunt Bar. & alii. in l. Gallus. in prin. ff. de lib. & pos. Bar. & Bal. in l. 1. ff. de iniur. test. Natta consil. 504. nu. 2. minus erat opus adiciere. Pro omni eo & toto, quod ipsa petere possit in bonis & hæreditate ipsius testatoris, ad denotandum legitimam sibi debitam, pro qua sibi reliquerat illos scutos 25. iure institutionis. Cum filio naturali legitima non debeatur, ut superius satis probaui, legitimo uerò sic. Aliud quoque capitulum. in auth. ut cum de appel. cognos. & habetur in auth. nouissima. C. de inoff. test. magna est enim, ut inquit Connan. in comment. iuris ciuil. lib. 10. cap. 2. filiorum cum patre proximitas, magna necessitudo, prope ut idem esse videantur, nisi uerò ea coniunctio sit emancipatione dissoluta, est enim ferè extraneus loco filius, qui paternam exiit potestatem, aut sui iuris factus, aut in alio.

117 nam coopertus familiam, quem autem patria autoritas alligatum tenet, tam suum facit ut unã cum patre persona esse censeatur, nec eius mortui bonorum hæres futurus, sed adhuc uiuentis socius, iam & paticeps esse existimetur. Itaque Terentius hunc appellat participem patris, & Paulus Iurif. suum hæredem. in l. in suis. ff. de lib. & pos. quod non patri, sed sibi ipsi succedat, quod iam tum uiuo patre esset

eius bonorum dominus, ut Cicero in 4. de finib. scribit. Quare ne dicamus hæc superuacaneè disposita fuisse à testatore, prout dici non debet, secundum Bal. in rub. C. de contra. emp. q. 9. Immo sic intelligenda sunt ut aliqui operentur. l. si quando. in prin. ff. de leg. 1. c. si Papa de priui. in 6. & multa copiosè deducit ad ornatum Craue. conf. 135. nu. 24. Do. meus Riminal. conf. 264. nu. 47. & 48. & conf. 343. nu. 13. debemus intelligere, quod passim dederit illam licentiam legitimandi filia suæ, & ob id eam in omnem euentum ueluti legitimatam considerando fecit illud relictum scutorum 25. pro omni eo & toto &c. uelut necessarium, quod tamen etiam non prodest monialibus ad sustinendum testamentum ad earum fauorem, per ea quæ dixi superius in tertio fundamento, facto pro hac Ill. D. Blanca. Sic ergo considerando patet, immo legitimaciones factas fuisse de mente testatoris. Sed ulterius (dato sine ueritatis præiudicio) quod testator concessisset ei licentiam se legitimari facienti, si fieret monialis, animaduerti debet plus ultra, iuxta motum Caroli V. quod procurator huius ill. filie quando petiit eam legitimari ab utroque comite Pontificio & Imperiali dixit, inhærendo dictæ licentiæ paternæ, & aliàs omni quocunque meliori modo, quo dici, fieri & esse possit, cuius clausulæ uirtus est, ut per eam procurator non uideatur se uoluisse restringere ad licentiam prædictam, sed etiam præter eam petere dictam legitimacionem per alium quæcunque modum & uiam magis proficuum & fructiferam dictæ filia principali suæ, prout notat Bald. in l. vinum, col. 5. ff. si cer. pet. & conf. 489. in causa uertère iter Capituli. col. 1. ff. vol. 3. Alex. cõf. 113. vol. 3. Soc. conf. 142. col. antepe. vol. 1. Craue. conf. fin. col. fin. Ruin. conf. 9. n. 9.

121 vol. 5. Quare legitimaciones obtentæ iuxta petitionem procuratoris generalis, debent generaliter intelligi. l. 1. S. & generaliter. ff. de leg. præst. & sic est dato quod nollet fieri monialis. Rursus & aliud considerandum est notatu dignum ueluti pulcrum & ualde subtil e, quod si uelimus intelligere Do. Testatorem dedisse licentiam filia se legitimari facienti, si fieret monacha. Non licet argumentari, quod si nolit fieri monialis, prohibuerit eam petere posse se legitimari, nam bene sequitur, si dedit licentiã petendi se legitimari casu quo fieret monialis, à contrario sensu si nolit fieri monialis cessare dictam licentiam, sed non inde sequitur, quod dicatur prohibuisse eã ad id instare. Argumentum enim à contrario sensu strictè summi debet ad limites uerborum, ut notat Butrius in c. cum Apostolica. de his quæ sũt à prela. Dec. conf. 110. col. 2. conf. 216. col. fi. confil. 386. col. 2. & utrobique Moderni in apostillis ad eum, Crauet. conf. 203. col. secunda.

123 Quæ conclusio saltem procedit sine cõtrouersa, quando resularet correctio iuris communis

munis, si in sensu contrario induceretur noua dispositio cõtraria sensui directo, ut ego latè declarauim in l. 1. nu. 187. ff. de offi. eius cui mād. est iurisdicatio, quod in casu nostro cõtingeret. Nam clarum est, quod filius potest petere se legitimari, licet pater de hoc nihil in testamento disposuerit, ut not. Bar. & alii in l. Gallus. S. & quid si tantum. col. fin. ff. de lib. & pos. At si, quia testator in casu nostro concessit filiam legitimari si fiat monacha, diceretur à contrario sensu id prohibuisse, si nõ fieret monacha corrigeretur ius commune, uolens quod filius possit legitimari, quando pater non cauit, ergo ne talis correctio iuris inducatur, debemus dicere, quod patre dante licentiam filia se legitimari facienti, si fiat monialis, à contrario sensu si nolit monachari, cessare tantum dictam licentiam, non autem induci prohibitionem ad id instandi, & propterea concluditur legitimacionem rectè petitam & concessam fuisse D. Blanca, posito quod non appareat eam uelle monachari, nec adhuc ipsa declarauerit uelle vel nolle.

124 Non obstat & allegata surreptio qualitatis mulieris omis, quæ uitiare debet legitimacionem: Quoniam realiter responderetur, quod quando de uoluntate legitimantis potest apparere, quod omnino aliàs concessisset, non potest allegari uitiū surreptionis. Ita Præpos. in c. oblatæ. col. fi. de appella. Anch. consilio 295. pro clariore. Socinus conf. 63. col. 4. vol. 3. pulcrè Gozad. consilio 85. columna penul. quæ & alios refert, Craue. consilio 68. numero primo, dicebatur enim in casu Gozadini, legitimacionem fuisse nullam: quia non fuerat narratum, legitimatum fuisse natum ex coniugata. At Gozadinus contra: quia satis apparebat ex uerbis legitimantis, eam uoluisse legitimare, licet id sciuisset, meritò concludit, surreptionem non obstat. At istud colligitur in casu nostro: quia licet procurator tantum narrauerit. Do. Blancam fuisse natam ex soluto & soluta, tacendo nomē mulieris, & an esset uilis, & paupe, uel nobilis, & diues, & an sola cõcubina uel ex pluribus vna, demumque nunquid esset consanguinea, uel extranea. Tamen ipsi Comites Palatini eam dominam Blancam legitimauerunt, etiam si maiorem, & omnes defectus natalium pateretur, & ex consequens quod esset omnino spuria, & ex damnato coitu generata, quo casu nec filii naturalis nomen mereretur. auth. ex complexu. C. de inces. nup. & in corpore unde sumitur, & sic apparet ipsos Comites omnino fuisse legitimatos dictam filiam, dato quod in specie qualitates omnes illius mulieris suæ mris nõ fuisset memoratæ:

126 & ad hoc ulterius adduco decisionē Castris sis conf. 231. super isto puncto plura. in fine in anti. quem sequitur Ruin. conf. 73. nu. 11. uol. tertio, ubi dicit, quod quando Princeps uel habens potestatem ab eo legitimat, non obstante quocunque defectu natalium, si in specie non

fit expressus aliquis defectus illegimitatis, sed in genere tantum per illum qui uult legitimari: tunc quia de omni, & quocunque defectu fuit per legitimatorem in genere cogitatum, ualeat legitimatio, nec potest eo casu dici, quod sit surreptitia uel obreptitia, per l. qui iure militari. ff. de testa. mil. & l. sub pretextu. C. de trans. ubi Dominus meus Riminal. notat, transactionē generalem completi species de quibus in genere fuit cogitatum, licet non in specie. At hoc in terminis nostris bene verificatur: quia quod procurator tantum dixerit, Illust. D. Guronū dū matrimonio solutus esset, cognouisse quandam mulierem similiter solutam, ex qua D. Blancam suscepit, est expressio quædam generalis illegimitatis non apparente, qualis esset illa mulier soluta, puta uilis aut pauper, nobilis aut diues, sola concubina uel non, consanguinea uel extranea. Comites quoque Palatini similiter in genere locuti sunt, dicentes se illam legitimare, etiam quod maiorem & omnes defectus natalium pateretur. Ergo quia de omni macula cogitarunt in genere, & ea non obstante uoluerunt eam legitimare, sequitur surreptioni locum non esse, & illam decisionē Castrensis sequitur etiam Berous consilio 168. col. 1. uol. secundo, ubi pariter ponderat illa uerba in legitimacione expressa. Sed etiam si maiores defectus natalium pateretur, quæ sunt in casu nostro & longè plura, nam perinde est, inquit Bero. ac si expressè & specialiter facta fuisset mentio de qualitate prædicta, & defectu, in quo legitimandus reperiebatur. c. qui ad agendum. de procur. in sexto, sufficit enim exprimere qualitatem in celsus, uel aliam, nec est necesse uenire ad speciem & indiuidua, secundum Baldum in c. super his. columna tertia, de rescrip. & sic cessat omnis hic difficultas allegatæ surreptionis, quia uerè non obstat in casu præsentis.

129 Ad tertium uerò, quod procurator narrauit, patrem dedisse licentiam dominae Blancae se legitimari facienti, tacuit tamen quod uolebat eam fieri monialem, si uolebat succedere, aliàs scutos 25. duntaxat ei reliquerat, siquæ surgit alia surreptio, quæ debet legitimacionem uitiare. Responderetur, quod cum qualitas illa uel conditio monachationis institutioni Dominae Blancae coniuncta fuerit nulla, nec opponi poterit, & opposita reiiciatur, ut inferius dicam respondendo tertio & quarto fundamento, ubi uidentur erit, utiq; de illa nõ debuit fieri mentio, nec ob id de surreptione opponi potest. Ita Ioann. Andre. in c. ex parte, de rescrip. Oldra. consilio 299. quidam Hugo. Bald. consilio 375. uidetur dicendum, quod dicta electio. & consilio penul. uolumine quinto. Alexan. consilio 42. uolumine quarto, Soc. consilio 169. col. prima, uolumine secundo, consil. 47. col. 10. & conf. 120. col. 2. uol. 4. Craue. conf. 83. num. 9.

- 130 † Ad quartum, quod allegatur, Comitē Imperialem non potuisse legitimare dictam filiā in terris subiectis Ecclesiæ respectu directi domini, responderetur, illam conclusionem, non esse tutam. Quoniam Imperator, & habens auctoritatem ab eo, potest ubique locorum & in toto orbe legitimare non subditos, & ad bona non subiecta, ut determinat Bald. consil. 388. respondendo ad dubia, col. 1. vol. 5. quod est in meo libro, consilio 146. & incipit titulus. volum. primo, motus ea ratione: quia talis auctoritas non coheret territorio, ut tradit Ioann. Andr. relatus à Bar. consil. 75. viso, in fine. Idemque tenet Calder. consil. 3. qui fil. sint. legi. Ioannes de Anna. consil. 29. visa, colum. secunda. Ang. consilio 29. ex themate, & amplè consil. 350. pro ditione, quem refert Cardinal. Albanus in suis lucubrationibus ad Barto. in l. qua in prouincia. §. diuus. ff. de ritu nup. Castr. consilio 230.
- 131 dubitatur. † Et sicut admittitur ista conclusio, quando legitimatio facta fuit uiuente patre, & ad eius infatiam, secundum Baldum in prohe. Codi. colum. penul. vers. iuxta hoc quaero Castr. consilio 220. & consilio 238. Socin. consilio 46. colum. 7. volumine quarto, Deci. consil. 52. colum. secunda, consil. 55. col. 4.
- 132 conf. 270. colum. 2. & consil. 307. col. 2. † & communem testatur consilio 150. col. 2. vers. 3. facit. & magis communem Paris. consil. primo, col. 2. & consilio 10. nu. 118. volum. 2. Alex. consilio 11. colum. tertia, volumine septimo, Crot. in l. Gallus. §. & quid si tantum, colum. 1. ff. de lib. & post. Iacobus Emilianus consilio 132. colum. tertia, & Ioann. Paul. Lancelot. consilio 176. numero 28. primo Tomo vltimarum voluntatum. ubi dicit, quod ab hac opinione, quæ tot ac tantorum doctorum testimonio probatur communis, non est vlllo pacto recedendum. † Ita pariter idem concludi debet in legitimatione facta post mortem patris, ex eius tamen ordinatione, de qua nos agimus: quoniam doctores istos duos casus æquiparant in dicta l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. ubi Bar. & alii passim.
- 134 † Sed & aliud occurrit in casu nostro, quod in suo ponit ille Ioan. Paul. loco citato, videlicet quod Imperialis legitimatio iungitur legitimationi Apostolicæ, ita ut iurisdicção Imperialis dicatur exercitata in personam domine Blance quodammodo volente Summo Pontifice à cuius Comite palatino pariter legitimationa reperitur, quo casu tenent indubitanter omnes Doctores legitimationem valere: & licet non appareat ex lectura vel tenore ipsarum legitimationum, quæ prior, quæque posterior sit: Quoniam ambæ eodem die, licet diuersis locis condite fuerunt, † tamen in dubio præsumi debet instrumentum legitimationis Pontificiæ præcessisse velut fauorabilius. Ut de duobus instrumentis dotali & alterius priuati, vel etiam fisci tradunt doctores in l. prima. ff. so-

lut. matrimo. ubi legendo dixi. Item tanquam dignius. Nam digniora sunt præferenda. l. prima & secunda. ff. de alb. scriben. c. antiqua. de 136 priuileg. cum vulgaribus. † Confirmatur, nam quando dubium est de validitate, vel inualiditate legitimationis, debet interpretatio fieri validitatis, ut actus valeat, & non pereat. l. quoties. ff. de reb. dub. ita Iason consilio 184. col. 2. volum. tertio, † talisque præsumptio, quæ fit pro actus validitate ceteris fortior, & efficacior reputatur. Deci. in c. quoniam Abbas. colum. sexta, de offic. deleg. Paris. consilio 88. numero 5. uolumine tertio, Deci. consilio 344. Rolandus à Valle consilio 61. numero 27. volumine tertio, Socin. lun. consilio 79. numero 70. volumine tertio, Cephal. consilio 294. numero 45. dixi in rubrica. C. qui admi. numero 132. & amplè Alciat. latè declarans dictam regulam in tract. de præsump. regula tertia præsumptione 34. At si dicamus præcessisse legitimationem Comitis Apostolice, valida redditur legitimatione Imperialis sequens veluti iuncta pontificiæ, & quodammodo volente Summo Pontifice facta, ut considerat ille Lancellor. igitur ita factum præsumi debet, 138 ex quo tendit ad actus validitatem. † Immo fortius addo, quod si quod est posterius in ordine, præsumitur prius, ut actus valeat. Bal. in l. cum in testamento. §. hæc verba. ff. de hæred. inst. ubi si instrumentum dicit, quod pater donauit filio, & quod cum emancipauit, præsumitur emancipationem præcessisse, ut donatio valeat, sequitur Alexand. in l. 2. §. prius. ff. de vul. & pup. Dec. in c. constitutus. colum. secunda de refer. in c. quoniam Abbas. de offic. deleg. & in l. si donazione. col. tertia, C. de colla. Craue. consil. 52. nu. 3. Et Alciat. loco citato. † & ideo dici consuevit, quod præsumptio, per quam fit bona prouisio, & tollitur malus euentus, est laudabilis, & à iure commendata. l. generaliter. §. si liberi. ff. de fideicom. lib. l. in fideicommissi. §. cum Pollidius. in fine. ff. de usur. per quas leges ita declarat Do. meus Riminaldus consilio 224. numero 34. Tanto magis in casu nostro præsumi debet potius instrumentum legitimationis Pontificiæ postquam tendit ad ualiditatem legitimationis Imperatoricæ: † Accedit, quod ubi aliquid fieri potuit duobus modis, in dubio præsumitur factum prout utilius est facienti. Alexan. consilio 55. colum. secunda, & tertia, uersiculo quarto respondeo, uolumine quinto, Crauet. consilio 106. numero 9. & ideo dici solet, quod præsumi debet quemlibet intentasse illam viam, quæ est sibi utilior & fauorabilior, ut per Innoc. in c. auditis. de in integ. resti. Bal. in l. 2. C. de præ. min. & ponit Alciat. in tract. de præsum. reg. 3. præ. 36. nu. 5. At petitio & impetratio legitimationis pro Illu. D. Blanca duobus modis fieri potuit. Vno prius impetrando & obtinendo Imperiale, postea verò pontificiæ. altero verò modo penitus contrario

- contrario petendo & impetrando prius Pontificiam, qui modus erat vtilior ipsi D. Blanca, cum tenderet ad valorem Imperialis. Igitur hoc secundo factum præsumitur, talisque via ueluti salubrior intentata.
- 141 † Et in quantum respectu quoque legitimationis Pontificiæ dubitatur, eam non potuisse fieri loco memorato licet Ecclesiæ subiecto respectu directi domini, per ea quæ dixit Alciat. respon. 201. nu. 2. pro solutione dici potest in primis, iā per multos annos, & immemorabile tempus obseruatum fuisse, quod tales legitimationes ibidem factæ ualuerint, & secundū eas extitit iudicatum, merito potuit ibi talis actus legitimationis exerceri. l. 3. in ff. de testi. Bal. in c. 1. de testi. cog. Ias. in l. fin. col. 3. limitat. 12. ff. de iur. omni. Iud. ita respondet Paris. consil. 1. 142 col. 3. vol. 1. & consil. 10. nu. 124. vol. 2. † Secundū, cum scripta quoque consuetudine, dico quod cum Summus Pontifex in inuestitura dicti loci censeatur sibi reseruasse ea quæ concernūt superioritatem, & quæ sibi competunt in signum supremæ potestatis. c. quod translationem. de offi. lega. c. quod sedes. ubi Felinus de offi. ordi. di. † sicut est ius legitimandi, secundū doctores in l. imperii. ff. de iur. omni. iud. & per Alexan. in l. 1. ff. de offi. eius. cui mand. est iuris. cōsequens est, ut ipse Sum. Pontifex possit vel Comes suus Palatinus ab eo habens auctoritatem legitimare, ut in Imperatore respectu loci ifeu dati pariter determinat Alciat. respon. 171. nu. 9. Et ex prædicta ratione dubitabilis redditur decisio Curtii Seni. in allegato conf. 73. 5. duduo. † Tertio quoque responderi potest, quod illa decisio Curtii Senioris & Alciati limitari debet per alias regulas magis speciales in hac materia, videlicet ut non procedat, nisi quando ipse Dominus immediatus hoc allegaret: quia facultas hoc opponendi non debet competere tertio, iuxta Glossam in l. his consequenter. in prin. ff. famil. ercif. & quæ notat Andr. Sicul. in rubr. de succ. ab intest. Alexand. conf. 209. uol. sexto, & consilio 126. volum. secundo quare cum princeps loci quo facta fuit legitimatio taceat & non opponat aduersus legitimationem prædictam, nec alius, ut Moniales id opponere possunt. † Quinimò nec interesse principis dicitur esse considerabile: quoniam remota persona Do. Blanca non deessent proximiores testatori, qui principi præfererent. l. lex uestigali. ff. de pignor. & his mediis respondet & obiectum tollit Alciat. in allegato respon. 171. colum. 2.
- 146 † Postremò tota uis, ut mihi uidetur, quarti fundamenti, quod dicti Comites non potuerint legitimare in terris alteri subiectis immediate, consistere uidetur in defectu licentiæ Superioris immediati, qui requirendus erat. unde cum illius licentiæ non interuenerit inualidæ fuisse uidentur legitimationes prædictæ, prout uoluit Saly. in authen. item si quis. C. de natur. 147 liber. † Sed illa conclusio periculosa est, nam
- contrarium tenet Curt. lun. consilio primo, numero 30. & consilio 157. num. 24. Soc. inter cōsilio Bru. consil. 10. & sentit Alex. consil. 2. vol. primo, quos omnes citat Alciat. respon. 171. colum. secunda, inquit enim Cur. lun. loquens de priuilegio Imperatoris, & descendentes ex femina admittebantur ad successionem feudum, & opponebatur quod hoc facere non poterat in præiudicium inferioris Domini, qui sub se suos uasallos habebat, de quorum exclusionem tractabatur in eo priuilegio. Quod ex tali priuilegio non tractatur de priuando dictum inferiorem dominum, cum descendentes ex femina remaneant uasalli dicti Domini inferioris, & sic solum ab eis remouetur obstaculum, quod 148 impediēbat eos succedere unde subdit Cur. magna est differentia, an Imperator, qui semel aliquem de feudo inuestiuit, uelit eum priuare sine culpa. Et dicendum est, quod nequaquam. An uero non priuato domino inferiore uelit aliquid disponere circa uasallos inferioris domini, præcipuè eos habilitando, & ab eis obstaculum tollendo, & hoc facere possit. Unde concludit Cur. nunquam sibi placuisse dictum Salyce ti supra relatum: quia ex prædictis manifestè cōfunditur. & idem contingit in casu nostro, nam dominus inferior suis subditis non priuatur per has legitimationes, sed à D. Blanca remouet impedimentum, si quod obstat eius personæ, quo minus esset capax & successibilis.
- 149 † Et quoniam Doctores non respondent ad textum in dicto c. per venerabilem. qui fil. sint legi. in quo tantam vim constituit Abbas in duobus locis. Dico breuiter, quod licet Papa dicat ibi, quod cum Rex ille superiorē non recognosceret, potuit se subiacere iurisdictioni Papæ in legitimandis filiis suis, & inde sequatur, quod alius recognoscens superiorem non possit se subiacere iurisdictioni Papæ, non tamen inde sequitur, quod si id faciat Papa, non possit filios illius legitimare. Immo uero supra præmittit Apostolicam Sedem super hoc plenam potestatem habere, & ex fine colligitur. ubi dicit Summus Pontifex (petitioni tuæ non duximus annuendum) quæ uerba non arguunt potestatis sed uoluntatis defectum: & sic quia noluit legitimare filios illius potentis, non 150 autem, quia non potuisset, si uoluisset. † Et idem de Imperatore dici potest domino uniuersi orbis quo ad usum & exercitium iurisdictionis uniuersalis in temporalibus, ut ex multis, & communi sententia determinat Restaurus in tracta. de Impera. quæstione 52. per totam, & ex aliis confirmat Anton. Gabrius Romanus in suis conclusionibus libro quinto, de acquir. rer. domin. conclusione tertia, num. 9. unde Comes suus Palatinus debet posse legitimare in terris Ecclesiæ subiectis.
- Ad quintū, quo dicebatur, exceptos fuisse filios Illustriū, quorum respū non fuit cōcessa Comiti cæfareo potestas legitimandi, cōsiderandū

est, quod non simpliciter excipiuntur in priuilegio potestatis legitimandi filii Illustrum, sed
 151 additur, Principum & Comitum. † At testator, posito q̄ esset Illustris, velut ex familia valde nobili genitus, vnde poterat Illustris nominari, cum apud Virgil. vi. Aeneidos dicentem Illustris animas. Sernius exponens dicat. Nobiles Illustris vocari, hincq; fuisse dicitur provincia Illustris Cicero III. in Verrem actione. Et ciuitates Illustris idem in 4. in ipsum Verrē.
 152 & proles Illustr. Claudiano in 7. panegy. † demumque illustrare pro nobilitate sumitur, in l. 1. C. de prapofit. labor. lib. 12. vt eam intelligit Io. Platea ibi, Ang. Aret. Cor. & Ias. in l. omniū. C. qui test. fac. poss. sequitur Andr. Tiraq. in tract. de nobilitate, cap. 11. num. 16. Attamen
 153 non erat Princeps, neque Comes. † nā Princeps dicitur Imperator, l. 1. ff. de constit. princ. vel latius habens aliquam dominationem, vel Baroniam. Iacobinus in sua inuestitura verbo Princeps, & Comes dicitur, qui de comitatu inuestitus est. ca. 1. quis dicatur Dux vel Comes.
 154 vnde Boscius in tit. de Princ. in princip. † dicit, quod aliquando iudicauit infringēdo quādam legitimatiōem Comitis Palatini, in cuius priuilegio excipiebantur filii Principum Comitum & Baronum: quia talium filios legitimaerat. At Illustr. D. Guronus neque Baroniam, neque Comitatum habebat, licet alia bona allodialia satis notabilis valoris haberet, meritō D. Blanca sub illa exceptione non con
 155 tinetur, † quādo enim quid profertur cum aliqua qualitate, debet probari siue uerificari qualitas illa, vt dispositio locum habeat, vt est doctrina Bartoli in l. 1. §. 1. ff. ne quid in flu. pub. Ioan. And. in c. 1. de homic. in 6. Alexan. consil. 161. in prin. uol. 5. Dec. consil. 334. in prin. consil. 440. in prin. volum. 5. Dec. consil. 13. colum. 3. consil. 18. col. 2. consil. 43. in prin. consil. 356. nu. 4. consil. 434. in prin. consil. 440. in principio consil. 550. nume. 4. consil. 589. nu. 7. Marf. singu. 187. Rubeus consil. 16. nu. 14. D. meus Rimi. consil. 58. in fi. & consil. 114. nume. 8. & alios plures quoque cumulat Senatus Pedemontanus decif. 71. nu. 21. & sequenti. & decif. 88. nu. 6.
 156 † Ad sextum, de clausula (sine tamen praeiudicio venientium ab intestato) posita in priuilegio pontificio potestatis concessae Comiti Palatino, respondetur, nihil referre, quod adesse possit praeiudicium Illustr. D. Francisci nepotis testatoris ex fratre: quia per illam clausulam non impeditur pater in testamento instituere filium taliter legitimatum & excludere uenientes ab intestato, qui non essent de descendenti bus tenentibus primum locum, & sic transuersales, qualis erat praefatus D. Franciscus, sed solum operatur dicta clausula, quādo pater decederet ab intestato. ita voluit Castrenf. consil. in cipiē. In nomine Domini amen. videndum est primō. quem refert & sequitur Alexan. consil. 193. viso themate. continuato numero. aliās

consilio 50. volumine secundo, & illud consilium Castrensis ponit Alexander sub num. 22. licet inuenire non potuerim, sed Alexandrum sequitur Card. Albanus in suis lucubrationibus, ad Bartol. in l. virum, ff. si quis alii. testa. prohib. quare non obstat in casu nostro dicta clausula.
 157 † Ad septimum fundamentum primō dico, quod in casu nostro non extat aliquod fideicommissum, sed vulgaris tantum substitutio, quae differt ab eo re & nomine, re: quia directa est. Ias. in l. 3. nume. 4. C. de here. instit. Doctores in l. 1. ff. de vulg. & pup. fideicommissum verō obliquum est: quia de manu haeredis capitur, l. Centurio, cum ibi not. ff. de vulg. & pupilla. nomine: quia illa dicitur substitutio vulgaris, id autem substitutio fideicommissaria, ergo diuersa sunt ex diuerso nomine. l. si idem. C. de codicil. † meritō sub exceptio ne facta de fideicommissis non includitur. licet enim exceptio quandoque porrigitur ad casus similes, vt per Dec. in l. 1. ad fi. ff. de reg. iur. nō tamen ad diuersos: quia repugnat regula. l. Papi. exuli. ff. de minor. qua cauetur, quod de
 158 diuersis ad diuersa non fit illatio. † Nec ratio praeiudicii tertiū considerata in fideicommissis militat in vulgari, sicut enim dum pēdet tempus instituto ad eundem uel repudiandi, nō est locus vulgari substituto, nec illi dicitur esse ius quāsitum, ut in effectibus vulgaris tradunt Bar. & alii, ubi Ripa num. 118. ff. de vulg. & pup. Ita hic dum pendet tempus declarandi Ill. Domini Blancae, nunquid uelit uel nolit esse monialis, vulgari monialium non est locus,
 159 nec eis ius quāsitū dicitur † sed de iure quarendo tractatur, quod bene Princeps tollere potest, etiam sine causa. Bald. in l. 2. C. de iure aure. anul. Cast. & omnes in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. Ruin. consil. 7. colum. 2. uolumine primo, & in aliis locis cumulatis per Antonium Gabrielium Romanum in suis conclusionibus libr. tertio titulo de iure quarendo non tollendo, & conclusionē prima, num. 30.
 160 † Secundō dico, quod ubi fideicommissum aliquod hic extaret, id non esse ualidum per dicta superior in 4. fundamēto. At Princeps censetur intellexisse de bonis subiectis fideicommissis ualidum non autem nullo & inualido. l. 4. §. condemnatum. cum ibi notatis, per doctores.
 161 res. ff. de re iudi. † dant exemplū simile praeteris de statuto disponente, quod de quolibet contractu soluitur gabella sub poena perditionis rei, de qua contrahitur, ut non procedat in contractu nullo & inualido, secundū Bar. in l. fin. §. fin. C. de comu. de legat. Bal. in l. secunda. in fin. C. de eunuch. Bal. Fulg. & Cast. in l. non dubium. C. de legat. notabi. 5. Alex. consil. 104. colum. 2. uolumine primo D. meus Riminal. consilio 565. Catellian. Contra libro suo rum memorialium, ver. actus nullus. cum alijs infinitis

infinitis cumulatis per Tiraquel. libro de retractu. §. primo, columna secunda, numero septimo. Gramma. decif. 84. nume. 27. & Ripa in dicto §. condemnatum, nu. sexto, unde sic exceptio facta de bonis fideicommissis subiectis, ad quae noluit Princeps D. Blanca legitimare, debet intelligi de fideicommissis ualido, non autē de nullo & inualido. † Nam fideicommissum nullū ratione aliqua nō dicitur fideicommissum, sicut nec instrumentū nullū, vel snia nulla dicitur instrūm vel sententia. Et ideo si ex forma statuti prouisum est, q̄ contra sententiā, vel instrumentū nulla possit opponi exceptio, tamē opponi potest, q̄ illa non est sententiā, vel istud nō est instrumentū ratione alicuius nullitatis, vt notat Bar. in l. diuus. ff. de test. mil. & in l. 1. §. & partui. ff. quod ui aut clam. Ioann. And. in addit. Speculat. de sent. prola. §. vt autem. Bal. in l. 2. col. 1. C. de exec. rei iud. Alex. consil. 33. col. 1.
 162 vol. 1. † Et magis ad rem nostrā videmus, q̄ inutilis institutio non appellatur institutio. l. qui demum. ff. de bon. possess. secum. tab. & inualida exhereditatio non est exhereditatio nominanda. l. nō putauit. §. nō quāuis. ff. de bon. possess. contra tab. cū similibus per Ripam in dicto §. condemnatum. col. 1. sicque cessat obiectum.
 163 † Nunc ad tertium principale contrariū de scendo super doctrina Baldi in aut. cui relicū. C. de indic. vid. toll. & sequacium, de cōditione intrandi monasteriū adiecta D. Blancae per eam seruanda, si velit hereditatem consequi, quam doctrinam dubitabilem puto, nec esse veram, motus auctoritate Glossae ibi, quae considerans illum textum volentem conditionem de nō nubendo adiectam legato factō viduae seruari, querit an idem de primis nuptiis dicendum sit, vt si relinquo uirgini, ne nubat, & responderet secundū Ioannem, legem veterem seruari, vt nubere possit & habere legatum. l. cum tale. l. Titie. & l. quoties. ff. de cod. & demon. † quārū legū posterior multū signari debet, & adnotari nā dicit, q̄ si mulieri legatur sub conditione, si nō nupserit, & ei fideicommissum sit, vt Titio restituat si nubat, cōmodē statuitur, etiā si nupserit, legatū eā petere posse, & nō esse cogendā si deicommissum praestare. Quare sic & in proposito dici dēt, q̄ instituta D. Blanca sub conditione, si monasterium sanctae Clarae intrauerit. Quae conditio similis est illi, si non nupserit, & substitutis ei monialibus dicti monasterii, si noluerit fieri monialis ibi. eam nihilominus hereditatem consequi posse, nec esse cogendam eā monialibus relaxare. † Quia, vt summat Bartolus illum textum. fideicommissum relicū sub conditione, quae a iure remittitur, non debetur, & vt ad Glossam memoratam reuertar, Baldus ibi contra eam tenens tandē testatur, q̄ cōiter tenent doctores, in uirgine nihil esse mutatum, quia textus in corpore nō facit mentionem nisi de nupta, & idem testatur
 168 Salyc. col. 2. † subdens rationem non esse eam

dem in uirgine, & uidua sed diuersam, quia lex reputauit secundas nuptias valde odiosas, secus in primis. Ideo cōcludit primam conditionē esse uerā in uirgine, quae remittit ei opinionē non nubendi, & ultra praedictos Albericus ibi dicit, q̄ opinionem Ioannis tenēt Odofred. Riccard. Cynus & moderni. Vnde poterit uirgo, cui relicū est sub conditione, ne nubat, conditione sprete legatum consequi per iura vetera, quae non reperiuntur correctā in uirgine: & quae
 169 lex dicit, secundas nuptias odiosas esse. † & cum praedictis tenens Fulgofius dicit, quod sententia Ioannis est celebrior & cōmuniō apud Doctores, primū quidem ratione, qua utitur glo. per l. praecipimus. in fine. C. de appell. uide licet, quod non mutatur, cur stare prohibetur.
 170 † & quia non habet eandem rationem, quae nupta fuit & uirgo: quia mulier quae semel nupserit saltem semel satisfecit Reipublicae, ideo toleratur in ea conditio, si non nupserit, uirgo uerō nōdū soluit, meritō reiicitur dicta conditio, nec in ea tolerat, ut Reipublice satisfaciatur & ante Fulgofium pariter Ang. dicit illam opinionem esse ueram & per omnes approbari, sicut & Azo testatur in summa illius tituli, dicēs quod si relinquitur uirgini, ne nubat, indubitanter putat, q̄ debeant seruari leges ueteres, quod & Faber confirmat, demumque Grat. respon. 18. col. si. uol. 2. quare patet ab illa glossa
 171 temere recedendum non esse. † Cum porif simē sit alia consimilis in l. cum tale. §. Meuiā. ff. de cond. & demon. sequitur Imol. in l. Titie. ff. eo. Ias. in dicta auth. cui relicū. Ange. in §. quod uerō nunc. in fin. in auth. de uerb. Alex. in l. stipulatio hoc modo, nu. 4. ff. de uerb. obligat. Roland. à Valle consil. 35. nume. 17. uolum. 3.
 172 † Et confirmat ratione Emanuel Costa in d. l. cum tale §. si arbitratu. in fi. prin. quam plenius deducit Didac. Couarru. uariar. resolut. lib. primo, cap. 19. nume. 9. uersus finem, dicit enim, q̄ frequenter adducitur, illam conditionem. Si non nupserit, non scripam censerit, aut secutis nuptiis seruatum fuisse, id a ueteribus iurifconsultis factum est in publica frugis commo- dum, in odium cēlibatus, & fauorem prolis suscipiendae, ut omnes maiori conatu & studio procreandis liberis operam darēt, quemadmodum ex ipsis iurifconsultis constat. Lex igitur reiecta dicta conditione legatario etiam nubēti aduersus certissimam testatoris uoluntatem, legatum desert, non in poenam legantis, sed in fauorem Reipublicae & prolis suscipiendae. ne legatarius retrahatur à procreandis liberis † quo fit, ut etiam in animae iudicio & conscientiae foro legatum legatario debeat. Quamuis is refragante conditione legato ascripta nuptias contraxerit, atque itidem legatarius iustē legatū percipiet; hoc etenim lex uoluit & sancit, sancireque potuit cōtra aper
 174 tissimū testatis iudiciū. † Imō uerō p̄ glossam iuraq; praedicta Bar. adductus in cōs. 184. Do.

na Nutta. ponit casum in terminis nostris de Virgine substituta pupillariter, sic quod tenere tur intrare monasterium Sancti Iacobi, & deinde quod extitit conditio pupillaris substitutionis, illa verò virgo volebat intrare monasterium prædictum, dubitat Bartolus, an possit hereditate dictæ pupillæ obtinere, & determinat qd sic, nã in virgine modus, siue cõditio, quæ viduitatē inducit, totaliter respicitur per dicta iura, Glossam, Azonem & Cynum, sed per dictã conditionē intrandi monasterium viduitas in 175 dicitur, & nuptiæ prohibentur, ergo &c. ¶ & cū misterio poterãdus est Bar. qui ponit illã conditionē adiectã virgini, si monasteriũ ingredietur, moueturq; ad ea quæstionē decidendam per Glossam, iura & doctores ponentes illã cõditio nē adiectã virgini, si nō nupserit: quoniam reputat ambas condiciones vniformes licet diuersis verbis compositas. Sicut. n. conditio, si nō nupserit, inducit viduitatem, & nuptias prohibet, dicta l. cum ita. sic & illa si monasterium ingredietur, vnde si prima reicitur, vt volunt 176 omnes, pariter & secunda ¶ & ita refert eum Castren. in l. Titio. §. 1. col. 2. ff. de cond. & demonst. dicens quod ista conditio, si monasterium ingredietur, inducit viduitatem: quia perinde est ac si fuisset relictu, si non nupserit, & hoc res ipsa demonstrat, nam per ingressum monasterii necessariò sequitur, quæ nō nubere. Quod manifestè probatur in dicta aut. cui relictu. & in corpore vnde sumitur, vbi conditio de non nubendo adiecta viduæ impletur ea facta monacha. Signum quod per monachationē impediuntur nuptiæ, & quod conditio non nubendi vel monachationis æquiparatur, quare si in virgine conditio non nubendi reicitur secundum omnes post Glossam, pariter idem dici debet in conditione monachationis.

177 ¶ Et hæc opinio confirmatur noua ratione præter alios. Nam per regula constitutum est in vltimis voluntatibus, qd conditio impossibilis adiecta institutioni, pro non scripta habeatur, sic quod vitietur, & non vitiet dispositionem. §. impossibilis. inst. de hære. insti. l. 1. l. cõditiones ff. de cond. insti. l. obtinuit. ff. de cond. & de. Idē quæ tenet Glossa, Bar. Ang. Imol. ceterique scribentes in dicta. l. 1. Rui. consi. 123. numero 9. volum. 4. Natta consi. 618. nume. 13. Capra cõ 178 sil. fina. nu. 7. ¶ At impossibilis de iure reputatur illa cõditio, quæ sit difficilis; quia nō posse dicimur, quod commodè non possumus. l. nepos 179 Procilo ff. de ver. signi. ¶ & talis dicitur esse conditio monachationis, reputatur namque difficilis propter mutationē status, ut post Dynum tradit Bart. in l. fin. ad finem. ff. de cond. in stit. igitur adiecta institutioni Do. Blanca vicari debet non autem vitari institutionem. sed illa ueluti pura debet remanere, reiecta dicta conditione.

180 ¶ Nec (meo iudicio) bene sentiunt, qui à Bartolo recedunt. Et in primis Baldus in dicta

aut. cui relictu. motus: quia uoluntates defunctorū nihil illicitum habentes frustrari non debent ut hæc est, si filia monasterium ingredietur. Quoniam negatur ista conclusio, qd astringere uirginem ad ingressum monasterii, non dicitur quid illicitum continere. Probatur in primis ex psalmo dicente (uoluntariè sacrificabo tibi) & in c. non est. 5. quæstio. 1. ibi (uoluntarium militem sibi eligit Christus) Item ex sacro concilio Tridentino libro quinto, de regulari. cap. 19. & 20. ubi nullus cogere debet uirginem ad ingressum monasterii, sed perquiri debet, an libera uoluntate ingrediat. Quare non debuit arctari D. Blanca ad ingressum monasterii, si uolebat hæreditatem consequi, prout suadet eius institutio cõditionalis, si fiet monacha, adiecto si noluerit fieri monachialis, habeat 181 tantum scutos centum. ¶ Sic enim arctatur ad ingressum monasterii timore amissionis bonorum, quæ est maxima pœna, secundum Anch. consi. 21. talisque timor est iustus, ut per Gloss. in l. Iulianus. ff. si quis omi. caus. test. Cephal. consi. 295. nu. 15. adeo qd si quis ueretur aut dubitat, ne sibi bona auferantur per alium, potest ad eorum tutelam illum occidere, ut tenet abudè Marf. in l. furem. ff. de fur. & consilio. 4. Carer. in pract. crimi. §. circa. num. 29. Cassane. in Consuetu. Burgun. rubr. 1. §. 5. Franc. Marci. quæst. 771. Didac. in 3. parte relictu. §. unico. n. 6. Glossa Dec. Aquens. Fortun. & Zoannet. in l. ut uim. ff. de iust. & iure, quos ego retul. la-

182 tius ponens nu. 338. ¶ res. n. nostræ siue. pona sunt hominis substantia & uita. l. aduocati. uerbo uitam, & ibi Glo. Bald. & alii. C. de adu. diuersi. iud. ergo talis uoluntas defuncti patris cõtinet quid illicitum respectu compulsionis intrandi monasterii, quod sacri Canonum damnant, & ita cessat prima ratio Baldi. Quod uerò ad secundam, quod sicut illa conditio, si Titio nupserit, seruari debet, dicta. l. Titio. §. 1. multo magis hæc, si Deo se desponauerit ingrediendo 183 monasterium ¶ dico terminos non esse patres, nam conditio, si Titio nupserit, stat pro matrimonio, nec illud impugnat, ut. n. declarat illum textum Connanus eleganter in commentariis suis lib. 8. cap. 2. colum. 5. ponens exemplum propriè textus de Titio, cui centum ita relicta sunt, ut Meuiam uxorem ducat, huius legati spe Titius subinuitatus ad ducendam Meuiam, quod honestum est, quare debet obtinere legatum, si eam ducat.

Nec obstat, quod hoc modo Titius quasi cogitur ad matrimonium Meuiæ, auferaturque sibi cum alia contrahendi libertas. Nam qui legauit hoc tantum spectauit, ut excitaret Titium ad ducendam Meuiam, non ut arceret eum à ceterarum coniugio, nec ut ei præriperet potestatem coniugis eligendæ, sed ut aliquo præmio Titium adduceret ad Meuiæ matrimonium. ¶ At cõditio monachandi repugnat matrimonio, sicq; reipublicæ soboliq; procreanda

da, merito seruari non debet, sicut nec illa, si Titio nupserit, quando Titius indignus est nuptiis: potest enim legataria beneficio legis cui liber nubere, & nihilominus legatum cõsequi. l. cum ita. ff. de cond. & demonst.

185 ¶ Adducit etiam Castren. in dicta auten. cui relictu. rationē pro Baldo. quia uita contemplatiua perfectior est quàm matrimonialis, iuxta illud. Optimam partem elegit Maria, quæ nō auferetur ab ea. sed parum facit: licet enim melior & tutior esse uideatur ¶ actiua, tamē qualis est, matrimonialis utilior est reipublicæ, & ob id contemplatiuæ præferenda. Glossa in c. fancta. 2. q. 7. cum potissimè matrimonium fuerit in paradiso deliciarum sexto die à Deo constitutum, quando dixit creato Adamo & Eua. Crescite & multiplicamini. vt tradit Io. Brunell. in tract. de spons. & mat. num. 9. Felix Maleol. in tract. de mat. in prin. Ioann. Lupus in eo. tract. nu. 7. citans illud Genes. secundo. Hoc est nūc os ex ossibus meis, & caro de carne mea sicut & Anton. de Rossell. in tract. de legitima. nume. 9. post notata in c. nemo. 32. quæstio. 4. Demūque Ioann. Bosch. in tract. de nup. nume. 19. Rursus idem Castrensis in dicta l. Titio. §. primo. damnat primã rationem Bartoli, dicētis remitti conditionē monachationis, ueluti viduitatis inductiuam: dicit enim Castrensis, quod non inducit viduitatem spiritualem licet auferat carnalem: quia uita contemplatiua altior est quàm temporalis. Item non reputatur esse contra publicam utilitatem: quia animæ sunt præferendæ corporalibus. l. fancimus. C. de sacrosanc. ecclesi. ¶ Ego uerò Castrensi non adhareo. Bartolus enim considerauit uiduitatem, quæ soboli procreandæ repugnat, prout lex eam considerat. l. hoc modo. ff. de cond. & demon. vbi legatum factū mulieri. si Ariciæ non nupserit, si ea sit talis, quæ alibi nuptias non facile possit inuenire, debetur, licet ibi nubat, eaquæ conditio rescinditur ipso iure: lex enim utilis reipublicæ, sobolis scilicet procreandæ causa lata adiuuanda est interpretatione. Vnde si mulier illa, quæ præter Ariciam non facile nubere potest, nec Ariciæ nubere posset, & sic conditio seruari deberet, remaneret uidua, nec liberis procreandis operam dare posset, quod esset contra 188 rempublicam. ¶ Quod ergo monacha uideatur nupta Deo, nec esse uidua spiritualiter, & quæ animæ sunt præferendæ corporalibus, non attendunt leges in materia legatorum, vel institutionis, quibus annexa sit conditio non nubendi, vel monachationis. sed attendunt, quod inde non potest vacari liberis procreandis, vnde remittunt dictas condiciones uelut contra rempublicam. Ideo non obstat consideratio Castrensis, & ita defenditur Bartolus in allegato consilio suo. 184. respectu primæ rationis suæ, quæ nobis sufficere debet, posito quod aliæ dubitabiles forent, quod uti non

necessarium non attingo, ne omnia uoluntati cœli persequi uelle uidear, & vice consilii rem ad uolumen redigere.

189 ¶ Ad quartum de l. Titio usufructus. §. serui. ff. de cõd. & de. cum ibi not. per Guil. de Cun. & Castren. superius deductos, ego respondeo, dando nouum intellectum ad illum textum, quem ponit ingeniosè Cuman. ibi. Quatenus enim dicitur ibi, quod si mulier illa nupserit, seruus liber erit, opponit Cuman. nam libertas illa seruo relicta uideretur in pœnam mulieris nubentis, igitur tanquam rei illicitæ legatum uidebatur inualidum. iuxta. §. fin. insti. de lega. & propterea Guiliel. & Bar. uidentur male locuti, dicentes legatum virgini, si non nupserit, & si nupserit ecclesiæ relictu, uirgine nubente ad ecclesiam pertinere: quia uelut in pœnam uirginis nubentis relictu ualere non debet. Postea soluit Cumanus, quod illa conditio de usufructu serui legato mulieri, quoad uia dua esset, non uideatur apposita ad uiduitatem inducendam, sed potius ad alimenta interim præstanda illi mulieri uiduæ: quia subest causa pietatis, quod illi uelut miserabili personæ succurratur, merito dicta conditio non reicitur.

190 l. legatum. ff. annu. lega. ¶ & in quantum textus subdit, quod si mulier nupserit, seruus liber erit; quia potior est legato libertas, illa ratio, dicit Cumanus, debet intelligi, quod potior est, scilicet propter defectum legati. Nam quæprimū nubit illa mulier, non sunt amplius sibi præstanda alimenta, cum maritus eam debeat alere, & sic cessat illa causa pietatis, & subinde legatum. Hic est ergo pulcherrimus sensus ad illum textum, secundum quem patet, quod vbi legato mulieris uirginis annexa fuit conditio uiduitatis, illa remittitur, dato quod in casu nuptiarum legatum transferatur in ecclesiam uel aliam piã causam, at ibi legatum debetur seruo, uel ecclesiæ secundum Guil. muliere nubente: quia conditio uiduitatis non erat adiecta legato mulieri factio, sed ad alimenta, donec esset uidua ratione cuiusdam pietatis, 191 quod bene nota. ¶ Secundò, posito quod intellectus Guilielmi de Cuneo, & sequacium uerior esset & tenendus, prout eum tenet Emanuel Costa in l. cum tale. §. si arbitrato. 10. limita. ff. de conditio. & demonst. Attamen aduertit debet, quod ille textus loquitur de muliere simpliciter, cui relictu fuerat usufructus serui quod ad uidua esset, vnde intelligo, quod illa mulier esset extranea testatori, non autem eius filia, neque coniuncta sanguine, cum textus id 192 non dicat ¶ & qui uult id dicere probet. l. 2. ff. de prob. l. ab ea parte. eod. tit. Soc. consil. 92. in causa D. Anton. colum. 9. volumine tertio, Bellame. decif. 618. si executor. de offic. del. Anch. in c. in præsentia. in princ. de prob. Arcet. consi. 110. col. pen. & alii propemodū plures cumulati per Franc. Niconitium. in rubr. ff. de oper. no. nunc. numero 107. nam qui se fundat

in filiatione, debet eam probare, cum sit fundamentum intentionis suae, vt declarant Ang. & Castr. in l. liberorū. ff. de his q. not. in fa. Ias. in l. neque professio. col. 1. C. de testa. Dec. cōf. 54. col. 1. Paris. conf. 10. nu. 28. & conf. 11. nu. 19. vol. 2. dicit, quod filiatio semper est ab eo probanda, qui se asserit filium, siue agat, siue conueniatur. Et ideo si quis prætendit habere hæreditatem alicuius, debet probare se talem, sequitur Rolandus à Valle conf. 22. in prin. vol. 193 3. † & idem videmus in agnatione constitutum, nam qui agit vt agnatus teneatur probare se agnatum, vt ponit Castrenf. conf. 69. super eo. Dec. conf. 471. col. 1. & idem Rol. à Valle conf. 3. nu. 44. vol. 1. vnde tolerari potest in casu dicti. §. serui. quod conditio viduitatis annexa legato dictæ mulieris extraneæ non remittatur eo translato in causam fauorabilem vel piam, puta libertatis vel ecclesiæ, conuenitq; bene ratio Iuriscōsulti dicētis: quia potior est legato libertas, nam tantus fauor non suadebat, illud legatum deberi mulieri extranei remanenti viduæ, sicut seruo facto libero ea nubente. Licet enim causa matrimonii sit fauorabilis, tamen causa libertatis est fauorabilior, vt Imola & sequaces ibidem dicunt, vt not. in l. r. ff. solut. matrimo. at in filia, de qua nos agimus, instituta si monachabitur, sin minus monialibus vocatis, secus esse debet. Si quidem remitti debet omnino conditio monachationis veluti cessante ratione, de qua ibi: nō enim potior est ecclesia legato factō filia † Quoniam nedum quō ad legitimam sed etiam præter eā, sicq; respectu totius successione, potior est causa filiorum quā ecclesiæ, vt declarat Dec. in l. licet. columna secunda, C. de pact. & ibidem Alcia. verbo fauore. Dec. in l. generaliter. col. tertia. C. de inst. & substitu. in c. 1. nu. 27. de prob. & conf. 492. columna si. Hiero. Burig. in l. stipulatio hoc modo. num. 13. ff. de verbo. oblig. latè Tiraquell. in l. si vnquam. verbo libertis. num. 72. C. de reuo. dona. Soci. Iun. con. 195 filio 189. nume. 77. volum secundo. † Et fuit de mente Baldi in l. iubemus. columna 1. C. de testa. & Anch. in c. 2. de testam. & in Rubri. eo. titul. libr. 6. quatenus dicunt simpliciter, causam liberorum fauorabiliorem esse quā ecclesiæ. Quod, & ex eo cōfirmatur, nam † fauor ecclesiæ, vel pii loci non, debet esse sic immoderatus, vt sit iniustus productiuus. c. nuper. de don. inter vir. c. generalis. 54. distin. Emilian. conf. 109. nu. 12. & ita patet, quod textus in dicto §. serui. iuncta decisione Gulielmi de Can. non offendit vllō pacto casum nostrum.

Ad vltimum fundamentum sumptum ex cōfilio Beroi 50. nu. 6. vol. 2. breuiter respondeatur, illud conuinci ex communi doctorum consensione, qui dicunt † quod si pater filia mille legauerit, si nupserit, ducenta verò si ingressa fuerit monasterium, debet adhuc habere mille, si fiat monacha, & sic licet in vtrunque

casum prouiderit testator, maius tamen legatum consequitur filia, licet illius conditioni non paruerit. Ita tenuit Thomas de Thoma-gnis, quem refert Ioann. And. in addi. Specul. in rubr. de statu mon. Bar. in l. 2. ff. de his que pœnæ no. vbi Soc. alios citat, videlicet Matefilanum notab. 52. nota quod si testator. & Albericum de Rosate q. 164. sicut & Alexandrum in apostillis, dicentem quod pro ista parte cōsultulit Ioan. de Ana. & quod ita iudicatum fuit Bononiæ. Idemque tenuit Aret. in c. in præsentia. nu. 62. de prob. & post eum Felyn. nu. 37. sicut & Bero. num. 495. qui eam veriozem appellat. idemque Soci. confil. 241. col. 4. vers. & magis in specie. vol. 2. Alex. conf. 120. vifo themate. col. 3. vol. 2. conf. 35. col. 3. vol. 3. Rom. in l. stipulatio hoc modo. nu. 17. ff. de verbo. obli.

198 † vbi pariter Crottus. nu. 42. communem testatur. Ias. in auth. si qua mulier. col. 2. C. de sacrosanc. eccle. Soc. Iun. conf. 160. nu. 68. vol. 2. Ripa in l. 1. nu. 62. ff. solut. matri. qui dicit esse communē. Abb. in c. ecclesia S. Mariæ. sub nu. 35. de constitu. vbi sequitur Henric. Fernad. in addi. Ferrarius cautel. 9. Calcane. conf. 59. col. pen. Ang. Aret. in §. fin. inst. de lega. Boeridec. 3. nu. 14. Marf. singul. 215. Campegi. in 199 tract. dotu. iust. 30. † Dec. conf. 674. vbi dicit ab hac opi. in iudicando non esse recedendum, & alios refert Roland. à Valle confil. 35. vol. 3. clarè defendens hanc partem, & licet nō definit alicui contrariū tenentes, qui & cōem testatur, & de facto seruari, quos refert Rui. cōf. 98. num. 20. vol. 4. Dec. confil. 419. Senatus Pedemont. decif. 126. & Didac. Couuar. variarum resolut. libr. pri. cap. 19. sub nu. 9. tamē, 200 vt ille fatetur, † prior sententia plurium auctoritate munita est, nec ab ea recedendum est secundum Felinum loco citato. Quod tam iudicando quā cōsulendo fieri confirmat Soci. confil. 269. col. 1. vol. secundo, cum potissimè Papinianus in l. sunt persone. ff. de rel. & sumpt. 201 fun. nos docendo moneat. † Summā esse rationē quæ pro religione facit, vnde Io. Bap. Afinius eo loco dicit, quod cōiter notant Doctores ex illo textu, & quod semper ad hoc allegatur. In dubio semper eligendam esse eam partem, quæ religioni & piæ causæ fauet, vt tradit Alex. consilio 190. & consilio 204. numero 17. volumine sexto. Cur. Iun. consilio 35. columna tertia in fine. † Atque hinc Roman. in auth. similiter. C. ad leg. fal. primo & secundo speciali piæ causæ circa iudicia, scribit, ex pluribus probationibus vel sententiis repugnanti-bus, illam debere præualere, quæ fauet piæ causæ. Tantoque magis prædicta conclusio teneri debet, quod eam bene probat textus in dicta l. Titia. prout animaduertit Alexand. in addi. ad Bartolum in dicta l. secunda. ff. de his 203 que pœnæ no. & nouiter inducit Soci. ibi † sed præter eum comprobatur. Nam secundum literam negatiuam, quæ in pandectis Florentinis habe-

habetur, & de qua pariter testatur Anton. Augemendat. lib. 1. cap. 2. quem sequitur Didac. loco citato. dicitur ibi. quod testator legauit Titia. 200. si nō nupserit, si verò nupserit. 100. re spōdet Papi. q. si nupserit illa mulier 200. pe-tere debet. nec simul èt. 100. patet enim quod licet conditionem primi legati negatiuam nō seruauerit. sed affirmatiuam secundi legati, tamen primum legatum maius consequitur, nō autem secundum, & ob id ille textus confundit opinionem Beroi in d. consil. 50. non autē pro illo facit: quia non est verum, quod illa Titia, cui diuersimodè prouisum fuit, si non nupserit in plus, si verò nupserit in minus, nubēdo consequatur minus. Immo plus consequitur. vnde sic & in casu nostro dici debet, in quo plus relictum est. Ill. Do. Blanca si monachabitur, minus uerò si noluerit fieri monialis, ut plus habere debeat, licet nolit monachari, sed uelit nubere.

Et ita tandem sublatis omnibus contrariis remanet eius intentio de iure fundata, ut vniuersam patris successione debeat obtinere, licet nubere uelit & mater filiorum fieri.

Hippoly. Rimin. Ferr.

Pro honesta D. Hortensia Riccia.

ARGUMENTVM.

Disputatur, quando maritus uxori legauit omnia & quæcunque bona mobilia, vestes, iocalia, torques, anulos, monilia, nunquid verba generalia restringatur ad species enumeratas. Et posito quod nequaquam. Quæ veniant appellatione bonorum mobilium ut supra facta, quæ sunt pulcherrima.

S V M M A R I V M.

- 1 Verba specialia generalibus adiecta restringunt eorum significatum. 2.
- 2 Quod quando procedat declaratur. 36. 40. 41.
- 3 Verba ratione adiuncti suam naturam mutant. Non passim sed aliquando. 42.
- 4 Verba generalia ad specificata restringuntur. Quando salua ratione recti sermonis restringi possunt, alioquin secus. 44. 45.
- 5 Verbum nullum est adeo generale vel vniuersale quin ex consideratione debitarum circumstantiarum debeat limitari. Quando circumstantiæ colligi possunt ex verbis, cuius exemplum datur. 46.
- 6 Sicut & aliud. 47.
- 6 Verba generalia ciuilitate non ruditer assumenda sunt & quomodo, declaratur. 52.
- 7 Statuta benignè sunt interpretanda non rigidè.
- 8 Verba cum tēpore amō sunt interpretanda non amare.
- 9 Legatorum materia strictè debet interpretari. Quod duabus rationibus confirmatur. 10. 11.

- Nata tamen in eis fauorabilem & largam concedit. 12.
- Quam plenior appellat, licet plenissimam non admittat in eis. 13.
- Cuius exemplum accomodat. 14.
- Auctor quoque latam admittit in legato per maritum uxori factō. 34. 35. 57.
- 10 Verba sumuntur secundū latam & impropiam significationem in materia fauorabili.
 - 11 Testator videtur magis heredem diligere quā legatarium. Respectu vniuersi patrimonij. non rei legatæ. 83.
 - 14 Legatum de armaturis equi, de quibus sit intelligendum auris vel corij. 58.
 - 15 Punctus solet haberi pro copula.
 - 16 Genus ubi precedit & sequitur species, id per eam restringitur. Quod declaratur, vbi genus & species non sunt diuersa. 61. Alias secus, vt per exemplum auctoris. 62.
 - 17 Lucrum questu latius patet.
 - 18 Legato generis species enumerata videntur ex abūdantia adiecta. 22. Si genus per substantiuum exprimitur. 41. Secus si per adiectiuum. 40.
 - 19 Verborum multiplicatio non necessaria non mutat substantiam rei.
 - 20 Legato generali non derogatur expressa specie per imperitiā. Cuius exemplum adfertur. 21.
 - 23 Legatum omnium & quorumcunque bonorum mobilium pannorum, auri, iocalium, anulorum non restringitur ob species expressas.
 - 24 Verba omnia & quæcunque in dispositione hominis comprehendunt ea que non solent simpliciter sermone venire. 25.
 - 25 Dispositio hominis generalibus verbis concepta non recipit restrictionem de habilitate sicut legis.
 - 26 Vendens omnia blada semina non deducit.
 - 27 Geminatio fortius operatur & ex ea magis enixè dicitur apparere de voluntate disponentis. 28.
 - 29 Geminatio verborum operatur licet incontinenti sit facta. Nisi sint vocabula sinomina cumalata. 30.
 - 31 Verbum omnia & simpliciter vniuersale. At verbū quæcunque, dicitur vniuersale geminatum.
 - 32 Verba non debent esse superflua & sine effectu operandi.
 - 32 Argumentum sumitur à cōtrario sensu ad correctio-nem iuris communis, vt verba aliquid operentur.
 - 33 Superfluitas euitari debet.
 - 34 Maritus & uxor dicitur persona inter se coniūctæ.
 - 35 Legatum coniūctæ persone factum latè debet interpretari.
 - 36 Intellectus. l. sed & si adijciatur. ff. pro socio.
 - 37 Lucrū in societate de questuario venit intelligēdū.
 - 38 Nature vis potens & maxima, de quo Bessi exemplum recitatur.
 - 39 Contractus & delicta parificantur.
 - 40 Genus per genitiuum neutri ale expressum per speciem restringitur, secus si per substantiuum. 41.

Argu-

- 42 Argumentum à secundum quid ad simpliciter tale non procedit.
- 43 Argumentum à specialiter non valet, nisi in casu de loquitur speciale.
- 48 Honor virtuosus impartitur.
Cum sit virtutis premium 49.
- 50 Verba generalia restringuntur, ne sequatur absurdum
- 51 Bonorum mobilium appellatione iura & actiones non continentur.
- 53 Legati interpretatio verisimilis.
- 54 Familiarum dignitas per diuitias conseruatur. & per inopiam minuitur.
- 55 Et per masculos conseruatur per feminas autem destruitur.
- 56 Vxor in legatis est privilegiata sicut filius & alia persona coniuncta. 57.
- 59 Legati verba generalia debent intelligi de consuetis non extraordinarijs.
- 60 Procurator generalis facere potest que dominus erat consuetus ordinariè, non que extraordinariè.
- 60 Renuncians casibus fortuitis intelligi debet de consuetis non de insolitis & extraordinarijs.
- 62 Alimenta sunt genus, medicina species.
- 63 Appellatione omnium & quorumcumq; bonorum mobilium suppellectilia continentur.
Fructus à solo separati. 65.
Et pendentes de proximo separandi. 66.
Licet contra Conmanus & male 67.
Et latius. 80.
Item pecunie. 84. 85.
Vbiq; posita. 86. & bestie. 87.
- 64 Mobilia, massaria, suppellectilia, siue sulcimenta sunt nomina collectiua.
- 67 Potentia propinqua actui habetur pro actu.
- 68 Licentiatas de proximo doctorandus habetur pro Doctore, licet Baldus contra.
- 71 Quod procedit in odijs & pœnalibus, at secus in fauorabilibus.
Et est magis communis opinio. 72.
- 69 Licentiatas plene examinatur, sibiq; tantum desunt, insignia.
Vel exercitium non dignitas. 72.
- 73 Nomen attendi non debet sed actus substantia.
- 74 Doctoratus insignia que sunt pulcherimo noxosq; modo per carmina Ariostii demonstrantur.
Libri apertio Melissie magis exemplo cum Brada mane loquentis
Pilei capiti impositio, exemplo Rugerij victoris in duello cum Mandricardo. 75.
Anulo digitus manus ornatus exemplo nupriarum que future credebantur inter Rugerium & Marfissiam. 76.
Osculum Candidato datum, quod Bradamans Rugerio dari credebat & optabat. 77.
Benedictio quam promotor exorat à cœlis descendere sicut heremita Rugerium.
Orlandum, Oliuerium & Sobrinum benedixit. 78.
Iuramentum notarij manu deferendum Laureato.
Sicut Carolus & Agramans.
Reges iurarunt ante duellum Rinaldi & Rugerij. 79.

- 74 Indouicus Ariostus Ferrarie non minor splendor & gloria quam Virgilius Mantua.
- 81 Emptor causam onerosam prætendit.
- 82 Hereditas licet damosa esse possit.
Quia tamen originem trahit à lucro, de illa velut de lucro iudicatur.
- 83 Legatarius in re legata dicitur hæredem prædilectus
- 84 Pecunie veniunt appellatione mobilium, quia moueri possunt.
Item bestie. 87.

CONSILIVM CCXVI.

Auxilium meum à Domino.



GREGIVS vir admodum dominus Terentius Riccius iure legati reliquit & omni meliori modo honestæ dominæ Ortensie coniugi sue dilectissimæ oia & quecunq; bona mobilia, vestes, iocalia, torques, anulos, monilia. Quib. ex verbis exorta fuit cōtro uersa non mediocriter inter hæredem & illam, quid ea significarent seu continerēt. Et ad fauorem hæredis quibusdam videbatur dicendū quod species enumeratæ tantum continerentur & legato cederent. † Quoniam quoties ver bis generalibus adiiciuntur specialia restringitur significatus generalium l. sed & si adiiciatur. ff. pro soc. si enim in pacto societatis duorum adiiciatur, vt quæstus lucris socij sint, verū (inquit Paulus) non ad aliud lucrum quàm quod ex quæstu venit hanc adiectionem pertinere. id enim verbum lucrum, quod velut generale continet omne lucrum, restringitur ratione verbi quæstus adiecti, quod est speciale secundum Glo. † sicque signanter adnotat ex eo textu. Bart. ibi, quod vnum verbum speciale additum alteri verbo generali restringit illius significatum. ad idem tex. notab. in l. si. S. cui dulcia. ff. de tri. uin. & oleo. leg. vbi si vinum amphorarium, animum, Græcum & dulcia omnia legata sint, nihil inter dulcia Labeo cōtineri putat nisi quod potionis fuisset ex collatione vini amphorarii: illa enim specialis adiectio restringit significatum illorum verborum generalium & dulcia omnia, prout ibi pariter notat Bart. quod enumeratæ speciei restringit significatum generis. hancque doctrinam Bartoli probant Goza. conf. 60. col. fi. Rube. conf. 50. col. pen. Paris. conf. 102. nu. 12. vol. 1. † Et hoc est quod alibi dicunt Doctores, ratione adiuncti verba suam naturam mutare l. r. vbi Doctores. ff. de his qui latro. ocul. Alex. conf. 1. nu. 22. vol. 3. Soc. Iun. conf. 167. num. 26. vol. 2. decif. Neap. 3. n. 4. quos refert Menochius conf. 97. nu. 125. † Eodemque tendit, quod dicitur, verba generalia ad specificata restringi. l. si de certa. C. de transf. l. qui cum tutorib. S. fi. ff. eo. l. emptor. S. Lucius. ff. de pact. Ang. in l. obligatione generali. ff. de pignor. conf. 248. nu. 3. cum similibus

millib. per Alex. conf. 117. in prin. vol. 1. cōf. 11 vol. 2. Rui. conf. 10. nu. 9. vol. 4. Ceph. conf. 198 nu. 5. igitur cum maritus prius generaliter fuerit locutus legando coniugi suæ omnia & quecunq; bona mobilia, postea uerò statim plures rerum mobilium species enumerauerit, ut uestes, iocalia, torques, anulos & monilia. sub illa generalitate bonorum mobilium duntaxat ea contineri videntur, quæ verificentur, & cadant in vestibus & alijs specificatis, non etiam præter ea. Cum significatus dictorum verborum generalium restringitur adiectione specierum suamque naturam mutant ea verba generalia ratione adiunctarum specierum, & ad eas restringantur.

† Secundò confirmatur hæc conclusio decisione Oldradi conf. 148. nu. 7. vbi dicit, nullum verbum esse adeo generale vel uniuersale, quin ex consideratione debitarum circumstantiarum debeat ciuilitè intelligi & limitationem recipere, & idem conf. 268. vbi loquitur de dictione quibuscuq; de qua in hoc legato. cumq; refert & sequitur Neuza. conf. 40. nu. 12. post Fel. Iasonē, Purp. & Zafium, quos citat. idemq; ponit Senat. Pedemonta. decif. 90. num. 20. & latius decif. 169. nu. 9. sic ergo dicendum videtur in casu nostro, quod ex circumstantijs specierum, quas testator expressit, verba illa generalia vel uniuersalia, omnia & quecunq; bona mobilia, restringi debeant & limitari ad illas species, & in eis tantum uerificari.

† Tertio prædictis accedit, quod verba generalia ciuilitè intelligenda sunt non autem ruditer. l. si cui ff. de serui. & interpretatio dura non est admittenda l. filio pater. & ibi Iason exornat. ff. de leg. 1. vnde Statuta benignè sunt interpretanda, non rigidè, Bal. conf. 183. Statuto ciuitatis Veronæ. vol. 2. & interpretatio recipienda est in humaniorem partem que ratio naturali conueniat, licet interpretatio rigorosa videatur fortior. Romanus conf. 16. col. 1. Soc. conf. 23. col. 8. vol. 1. † Sicque fieri debet interpretatio, quod amarè uerba non intelligantur sed cum temperamento quodam Roma. conf. 500. col. 8. & in dubio verba referri dēnt ad mediocritatē. l. si quid veditor. ff. de ædil. edic. l. legato generaliter. ff. de leg. 1. l. si. S. sed & si quis. C. cōm. de lega. cum similibus per Craue. conf. 259. sub nu. 7. sed si dicemus, testatorem voluisse legare uestes, & alia specificata dictæ Dominæ, pari que modo omnia & quecunq; bona mobilia, prout verba sonāt, raditer, & rigidè nimis, & amarè, sine quōullo temperamento fieret interpretatio. Quia coniunx omnia cōsequeretur, & illis omnibus hæres nudus ac destitutus remaneret. At si dicamus, quod mobilia consequatur ille, quæ nec vestium nec ceterarum specierum expressarum numero continentur, lectos, linteamina, tapetarias, & id genus, ciuilibus, benigna & cum temperamento fit interpretatio. illas enim res hæ-

res consequetur, & vxor species enumeratas, meritò non prior, sed posterior interpretatio fieri debet, & est amplectenda.

† Quarto confirmat hanc conclusionem subiecta materia legatorum, de qua tractamus, in quibus stricta solet interpretatio fieri. l. apud Iulianum. S. Scio. ff. de leg. 1. l. nummis. ff. de leg. 3. l. qui concubinam. S. cum ita. eo. tit. l. as. in l. non dubium, col. 10. C. de legib. & in l. qd Seruius. ff. de cond. caus. data. Dec. in l. in testa mentis. ff. de reg. iur. † & probatur ratione. Nam in materia fauorabili uerba accipiuntur secū dum latam & impropiam significationem. c. odia. de reg. iur. in 6. l. cum quidam. ff. de lib. & posth. Sed in legatis uerba debēt intelligi secū dum propriam significationem & non impropiam. l. non aliter. ff. de leg. 3. l. ille aut ille. S. cum in verbis ff. eo. ergo inde deprehenditur, legata non largè sed strictè potius esse interpretanda † sed & alia concurrunt ratio, quod testator videtur magis hæredem diligere quàm legatarium, meritò sumi debet interpretatio quod uoluerit minus heredem grauari quàm sit possibile l. vnum ex familia. S. si rem. l. Titia. S. qui in uita. ff. de leg. secūdo, quod uerificatur strictè sumendo legatum, prout in casu nostro de rebus tantum specificatis, & non ultra

† Et licet non ignorem Nattam conf. 626. late demonstrantem pluribus argumentis in legatis fauorabilem & largam interpretationem fieri, quæ non sunt à me repetenda, cum videri possint in eo † Non omitto, quod ille subdit. nu. 19. in legatis quidem plenior, non tamè plenissimam interpretationem fieri, per tex. in l. qui lancē. ff. de aur. & arg. leg. ubi testator, qui habebat lancē maximam, minorem & minimam legando minorem lancem intelligitur mediā legasse, sicque fuisse uidetur de mente † Baldi in notab. q. de milite qui diuersis modis armabat equum: tendens enim ad torneamenta ponebat ei phaleras gemmis & auro munitas, ad prælium uerò iturus phaleris corii tegebat eum legauit hic testator armaturas equi, dixit Baldus in l. 1. vers. sed pone. C. de uer. si. phaleras mediocres deberi, quia medium est uiri prudētis & legis à sapientibus institutæ, hæc certè de ciso Baldi superiorem confirmat, quod species enumeratæ tantum debeantur, non cetera quoque mobilia. nam primo casu plenior siue media fit interpretatio, non autem plenissima, prout contingeret, si deberentur & species expressæ, ceteraque mobilia coniugi prædicte.

Quintò considero, quod in hoc legato præcessit genus, cū testator legauit omnia & quecunq; bona mobilia, deinde secutæ fuerunt species punctis interpositis, vestes, iocalia, torques, anulos, monilia. † Qui puncti solent haberi pro copula. Glo. in l. prætia rerum. & post eam doctores. ff. ad l. fal. l. triplici. ff. de ver. si. cum similibus per Rui. conf. 136. nu. 5. vol. 4. Bar. in l. si duobus S. in coeunda. ff. pro soc. Bal. in

in l. placet. C. de sacrosan. eccle. Alex. in l. hære des mei. S. cum ita. ff. ad treb. Bero. cōf. 151. nu. 14. volum. 2. Sed quando præcedit genus & sequitur species, tunc spēs ex toto restringit genus, & exponit copulatiua posita inter genus & spēm pro, idest † exēplū si duo coeunt societa tem & dicitur, vt sint participes lucri & quæstus, illa qualitas quæstus, restringit genus, quod est lucrum. vnde exponitur lucri & quæstus, idest quæstus: quæ aliàs frustra exprimeretur illa species, quæ comprehenditur sub lucro. † Nam lucrum refertur ad omnia proueniētia ex prosperitate fortunæ qualiacunque sint, sed quæstus comprehendit solum lucrum proueniens ex industria personæ, ita declarat Abbas notabiliter in c. sedes, col. fi. de descrip. sic igitur in casu nostro, quando testator legauit omnia & quæcunque bona mobilia vestes, iocalia cum sequentibus, ponendo punctum pro copula, legasse dicitur quæcunque mobilia & vestes, idest vestes, iocalia, ceteraq; expressa, & sic per illas species subiectas significare voluit, de quibus mobilibus intelligebat, vt nō passim, sed ad specificata tñ restrictis. Quare vñ ex prædictis hæc pars ad fauorem hæredis multum iuridica.

18 † Penitus tamen cogitanti mihi contrarium verius esse videtur. Et in primis moueor ex l. quæsitum. S. si quis fundum, ff. de fun. inst. si quis enim fundum, ita vt instructus est, legauerit, & adiecerit cum suppellectili, vel mācipiis. querit Papi. vtrum minutum dicatur legatum adiciendo speciem, an verò nō. Respon det, non videri minutum, sed potius ex abundantia adiectum. Quare sic in casu nostro dicendum est, quod expresso legato generali omniū & quorumcunque bonorum mobilium, species adiectæ vestes, iocalia, cum sequentibus legatum non minuunt, sed ex abundantia sermo nis fuerint appostæ.

19 † Secundò confirmatur ex l. pediculis. S. La beo. ff. de auro & arg. leg. vbi maritus uxori suæ legauit vestem, mundum muliebrem omnem, ornamentaque muliebria omnia, & sic in gene re locutus fuit, postea subiunxit, lanam, linum purpuram &c. & sic in specie locutus fuit, in quo casu respondet Paulus, quod non mutat substantiam rerum non necessaria verborum multiplicatio, quod denotat fuisse dictum ex abundantia, indeque Bart. in summario dicit, quod enumeratio specierum non restringit genus præcedens.

20 † Tertio cōprobat ex l. legata. ff. de sup. leg. ubi dicit idē Paul. quod legata suppellectili, cū species ex abundantia per imperitiam enumerantur, generali legato non derogatur, unde per illum extum Abbas in dicto c. sedes. col. pen. nu. 12. dicit, quod ubi species quæ sub genere cōprehendebatur exprimitur ab ignorate, quia forsitan ignorabat, quod illa species cōprehēde retur sub genere, tunc illa species non restringit in aliquo genus, dat exemplum, si rusticus

ignorans vtrum candelabra maximè argentea comprehenderetur appellatione suppellectiliū dixit lego tibi suppellectilia mea & candelabra argentea, quæ decisiō fati casui nostro famula tur, ubi testator erat imperitus literarū. † hinc scitè Baldus consi. 151. Qui legat. vol. 2. in anti quis. dicit per iura memorata, quod sub lega to sic factio. lego vtrum & commoditatem om nium & singulorum bonorum mobilium, & massaritarum, & arnesium, existentium in do mo, continetur vsufructus, & cōmoditas non solum suppellectilium, quas vulgò massaritas apellamus, & arnesium, quod uocabulum secū dum vsuum loquendi patriæ debet intelligi, sed etiam ceterorum omnium mobiliū. licet enim (subdit Baldus) extra prædicta dubitari possit quia quādo species sequitur genus, generi per speciem derogatur c. generi. de reg. iur. in 6. ta men credit de omnibus intelligi dictū legatū.

22 † Quartò cōprobat hoc egregiè decisiō Nea. 106. vbi loquitur in legato vxori facto de vsufructu omnium & quorumcunque bonorū mobilium & suppellectilium domus suæ, conclu dens quod illa verba (& suppellectilia domus suæ) non restringunt legatum generis omnium & quorumcunque bonorum mobilium, sed po sita fuerunt ex superabundanti, ut legasse videatur vsufructum omnium & quorumcunque bonorum mobilium etiam suppellectilium do mus suæ, quia testator primò legauit in gene re, & postea legauit speciem contentam sub ge nere, citat textum in d. S. si fundum. & alia iura, Baldumque in d. consi. 151.

23 † Quintò prædictis accedit Ruinus consi. 32. colum. 2. volu. 2. vbi quidam legauerat om nia & quæcunque bona mobilia, massaritas, pannos lineos, aurum, argentum, iocalia, anu los, & sic illud legatum eisdem ferè verbis erat cōceptum, quibus hoc nostrū. Ponderat enim primò † Ruinus illa verba omnia & quæcū que bona mobilia. Quæ operantur, quæ veniant in dispositione hominis nēdum omnia, quæ cōprehendi possunt & solent ex propria significa tione uerbi simpliciter prolata, sed & alia quæ uenire non solent sub simplici sermone, secun dum Bar. in l. generali. S. uxori. ff. de vsufr. leg. quem sequitur Dec. & Cagn. in l. 1. ff. de reg. iur. latiusque declarat Negusan. in tra. de pi gnor. in 2. membro secundæ partis nu. 37. latif simè uerò ponit Craue. consi. 294. col. 3. & cōf. 308. demumque Mandosius in addit. ad Roma num consi. 31. † Item considerat Rui. quod versatur in dispositione hominis, quæ non recipit restrictionem de habilitate, sicut disposi tio legis eam recipit, ne sequatur aliarum legū correctio, put declarat Bal. in l. fi. col. 1. C. sine censu vel reli. Ias. in c. 1. in vsib. feud. n. u. 49. Rui. cōf. 3. in prin. vol. 1. consi. 86. nu. 11. consi. 150. nu. 3. vol. 3. consi. 161. nu. 35. vol. 5. D. meus Rim. consi. 575. nu. 9. Ias. in l. 2. S. prætor ait. ff. qui satis. cog. & in l. 1. S. nunciatio. ff. de noui oper.

fin. post. Fel. in c. in præsentia. col. 11. de prob. † unde Ruin. cōf. 65. col. fi. vol. 1. dicit, quod si quis vendit omnia blada, femina non deducit: quia illud verbum omnia, prolatur ab homine pro hibet omnem deductionem, quæ aliàs fieri po tuisset, si illud verbum expressum non fuisset. & cum prædictis etiam tenet Natta consi. 159. nu. 7. Roland. à Vall. cōf. 96. nu. 48. vol. 1. & cōf. 55. nu. 46. vol. 3. † sed & tertio præter Ruinum cōsiderari possunt dicta verba legati omnia & quæcunque bona mobilia, quæ geminata sunt, quæ geminatio fortius operatur, ut notat om nes. in l. balista. ff. ad treb. Bar. in l. cum scimus C. de agri. & cens. lib. 1. latè Craue. consi. 294. col. 5. vbi dicit, quod verba geminata significat præcisam intentionem disponentis, post Baldū in c. eam te. col. 2. de rescri. Curtium consi. 30. 28 col. 2. & Iasonem consi. 6. col. 4. vol. 3. † qui bus accedit Castren. consi. 115. super primo vi detur dicendum, col. 2. vol. 1. dicens quod ex ge minatione verborum magis enixè dicitur apparere de uoluntate disponentis, sequitur Cra ue. consi. 114. nu. 8. Paris. consi. 32. nu. 52. vol. 1. consi. 9. nu. 43. vol. 2. cōf. 89. nu. 22. vol. 3. Dec. consi. 118. num. 5. Senat. Pedemont. decif. 40. nu. 5. & decif. 128. nu. 14. Marf. in l. 1. col. 2. ff. de quæst. Rol. à Vall. consi. 55. vol. 2. Valsqui. lib. contro. illustri. c. 83. nu. 12. Mandosius in regu.

29 de instr. refig. q. 16. Burfat. cōf. 13. nu. 12. † pro ceditque geminatio verborum & operatur li cet incontinenti sit facta, vt declarat Ias. in l. 1. nu. 13. ff. de offi. eius cui mand. est. iuris. & in l. pen. in fi. C. de pact. Paris. consi. 71. nu. 21. vol. 3. quos ego secutus sum in addit. ad D. meum Ri minaldum consi. 27. sub litera G. † licet Cor neus in l. fi. idem. post Bar. & alios quos citat. C. de codicill. dixerit, nomina & uocabula sino nima ad idem cumulata non producere maio rem effectum quàm si vnum illorum tantum po situm fuisset, sicque geminationē tali casu nul lius effectus esse, quem sequitur Paris. latius verificari uidetur, in quo uerba omnia & quæcū que, sinonima videntur velut ambo uniuersalia

31 † Tamen diligentius considerando, secus di ci potest & debet, nam verbum, omnia, dunta xat est vniuersale. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. om nia. ff. si cer. pet. cum ibi not. At verbum, quæ cunque, est uniuersale & geminatum, ut tradit Rui. cōf. 103. nu. 8. vol. 3. & de verbo quicquid consimili Rol. à Val. cōf. 55. nu. 52. vol. 3. Dein de concludit Ruinus in allegato consi. 32. vol. 2. quod prædicta verba generalia legati non re stringuntur propter illam enumerationem spe cierum sequētem. massaritas, pannos &c. quo niam facta fuit ex abundantia & gratia dubita tionis tollendæ, quo casu significatio generis non restringitur, secundum Bar. in d. l. quæsitū S. si quis fundum. ff. de fund. instructo, quare per doctrinam Ruini casus noster ad unguem determinatur.

32 † Sed & sexto loco non amitto vulgatum il lud in iure nostro, quod uerba non debent esse superflua & sine effectu operandi prolata. l. fi quando. ff. de leg. 1. c. si Papa. de priuil. in 6. Rol. à Val. consi. 53. nu. 8. vol. 2. quod adeo uerū est, ut argumentum summatur à contrario sensu ad correctionem iuris communis, ut aliquid operentur uerba, ut tradit Fulg. Rom. & Mod. in auct. ex testamento. C. de coll. Castr. consi. 175. casus præsens valde dubitabilis. col. 4. vol. 1. & consi. 83. præsens casus. col. 3. vol. 2. Craue. consi. 92. nu. 5. At si diceremus, in hoc legato non cōtineri nisi species enumeratas expressè, verba præcedentia, omnia & quæcunque bona mobilia, redderentur superflua: quia sine eis fa tis fuisset dicere, quod maritus legebat vestes,

33 iocalia & alias res, quas expressit † meritò cum superfluitas euitanda sit, Menoch. consi. 81. nu. 32. nec aliquod uerbum in instrumentum positū superfluo positum censerī debeat. Bero. consi. 108. n. 17. vol. primo, sequitur, vt dicere de bea mus, præter res expressas alias contineri, lega tasque censerī, quæ possunt includi sub illis, om nia & quæcunque bona mobilia, de quibus sta tim dicemus.

Septimò & ultimò considerandum est, quod hoc legatum reperitur factum per maritum uxori & quidem dilectissimæ per eum sic nuncupate

34 † Quæ personæ dicuntur admodum inter se coniunctæ l. si. fina. C. de furt. & quando mu tua amicitia, beneuolentia, concordia, familia ritateque detinetur, ut hi cōiuges se prosequē batur, beatitudinis partes attingūt, ut iquit Ec clesiasticus cap. 25. de quo meminit Tiraquel.

35 de legib. connubial. quarta lege. nu. 16. † At le gatum propter coniunctionem personæ latè so let interpretari. l. Aurelius. S. Titius testamen to. ff. de liber. leg. l. si seruus plurium. S. si. ff. de leg. 1. Dec. consi. 289. col. 2. vers. octauò coadiu uantur, Corn. consi. 103. nu. 5. uol. 4. Natta cōf. 186. & consi. 296. in fi. Et in uxore tradit Dec. consi. 601. nu. 6. meritò præter species expres sas alia cedere debent legato, quæ denotant illa uerba omnia & quæcunque bona. sicq; per hæc fundamenta iustificatur optimè pars hæc ad fauorem vxoris.

Quam tenendo non obstant contraria si gillatim eis respondendo, † namque ad pri mum de l. sed & si adiciatur, dico ueram esse so lutionem, quam ponit Bar. in d. l. quæsitum. S. si quis fundum. nu. 6. ff. de fund. inst. quod ille intellectus assumitur ibi: quia sic communiter fieri solet. vel, vt inquit Fulg. in l. coi. ff. pro soc. id contingit ex natura contractus & eius consuetudine, quod recidit in dictum Bartoli. Nam quando contrahitur societas, nec fuerit distinctum, de quibus coita sit, videtur esse coi ta uniuersorum, quæ ex quæstu ueniunt, hoc est si quod lucrum ex emptione, uenditione, lo catione, vel conductione descendit. Quæstus enim intelligitur, qui ex opera cuiusque descē dit.

dit, vnde legata non cōtinētur, vt subdit Vlpianus in l. nec adiecit, quoniam non ueniunt ex
 37 quæstu sed propter merita † est igitur (vt inquit Salycetus ibidē) speciale in societate, ut lucrū de quæstuario tm̄ intelligatur. Quia ad si omne lucrum extenderetur, esset contra mentem & naturam societatis, quæ sit de quæstu proueniente ex opera. vnde secundum naturam contractus intelligitur id verbum lucrum, prout fit a liās in l. si olei. C. locati in l. insulā. ff. de præscr. ver. cū simil. est enim natura potens, & eius vis maxima, quæ plerunque cogit homines ad
 38 aliquid, † ut scribit Connan. in commentar. iuris ciuil. lib. 1. c. 1. col. 5. dās exēplum de Berto quodā, ut est apud Plutarcū, qui cū patrem suū clam necasset, vixissetque multos annos, postea sine vllius criminis suspitione, quadam forte die proficiscens ad cēnam, quod fuerat ab amicis inuitatus, nidum hirundinum qui pende-
 39 bat in uia, baculo diruit, pullosque, qui inde exciderant, pedibus conterens, ad vnum omnes occidit, de quo reprehensus ab iis qui tūc astabant vicinis, quod crudele & inhumanum vide-
 retur in innoxias animātes nulla de causa seuire. Nimirū enim diu (inquit) distulerunt accusantes me paterni parricidii, quo audito detulerunt illi Bertum ad Regem, qui re diligenter quæsitā & probata, meritis eum supplicii affecit. At non erant illa Hirundinum voces, sed nature, quæ instabat, quæ vrgebat, quæ hæc illi duo verba suggererat assidue. Quid egisti? vt ne punctum quidem temporis respiraret a me
 39 tu † Quod ergo natura potest in delictis & in contractibus itidem, cum eorum par sit libramen. l. omnem. ff. de iudic. auct. qua in prouincia. C. vbi de crimi. c. fi. de for. comp. Et ponit Euerar. in centu. sua loco 20. At in legatis (vt ad ea redeamus) nature stimulum nō habemus qui nos impellat ad dicendum, quod species adiecta generi restringat illud, & ad se trahat, sicut in societatis contractu contingit, ideo de illo ad casum nostrum non valet illatio. l. Papinianus exuli, ff. de minori. & ita cessat obiectum.
 40 † Ad textum in l. si. S. cui dulcia. ff. de tri. vin. & ole. leg. responderet Bartolus ibi, quod procedit, quando genus exprimitur per aliquod adiectiuum neutraliter positum, nam testator ibi legauit vinum & omnia dulcia, quod vltimum verbum est adiectiuum, ut norunt Grammatici: hoc enim casu genus restringitur: quia cum tale adiectiuum requirat substantiuū, debet intelligi de substantiuo qualitatis eius, quam testator expressit in alia parte testamenti coniuncta. vnde cum legauerit vinum amphorarium, amicum, Græcum, quod est potabile, subiiciendo, & omnia dulcia, debet intelligi de dulcibus potabilibus. † Et quando genus fuit expressum per nomen substantiuum, tunc per enumerationem specierum non restringitur, & de hoc mihi uidetur esse tex. in allegata l. legata. ff.

de supp. leg. ubi dicitur, legata suppellectili cū species ex abundantia per imperitiam enumerentur, generali legato non derogatur: genus enim fuit ibi expressum per substantiuum, quales est verbū suppellex. idemque casus est no-
 ster ad unguem. nam legato maritus omnia & quæcunque bona, dicitur expressisse genus per nomen substantiuum, prout est verbum bona, propterea species adiectæ, vestes, iocalia & quæ sequuntur, nō debent illud genus restringere, secundum distinctionem Bartoli memoratā quam sequitur Soc. conf. 300. col. 2. vol. 2. & Paris. conf. 92. col. fi. vol. 1.

42 † Ad aliud verò, quo dicebatur, adiuncti ratione verba suam naturam mutare, dico Doctores nō passim loqui, sed addito temperamento dictionis interdum vel aliquando, prout scribit Affii. in c. 1. nu. 29. de feud. Guar. & in c. 1. n. 24. de contr. inter epif. & vassall. ita quod apparet illud secundum quid, non autem simpliciter procedere. merito non procedit argumentum à secundum quid ad simpliciter tale, ut notant Orian. Niger & Moder. Patuini in rub. ff. de offic. eius. Andr. Sicul. in rub. de off. delegat. Corraf. Misselan. lib. 3. cap. 19. Dominus meus Zuccar. in rub. ff. si cer. pe. nu. 20. Et ego pariter dixi priore loco. nu. 31. † sic & videmus argumentum à speciali, quod est argumentum à secundum quid, non debere summi nisi in casu de quo loquitur speciale l. quod uerò. ff. de legib. dixi in l. præcibus, nu. 342. C. de impub. & al. substi. unde quæ quandoque ratione adiuncti uerba mutant naturam suam, non licet in casu nostro dicere, nisi probetur id in eo verificari, & ita patet quā fallax & fragile sit argumentum prædictum.

44 † Sed nec illud est tutum, quod dicitur, uerba generalia ad specificata referri, procedit enim & intelligitur, quando (salua ratione recti sermonis) referri possunt & restringi ad specificata. Exemplum in l. emptor. S. Lucius. ff. de pact. quando calculatis rationibus mensæ fecit generalem quietationem dicēs, quod si quæ instrumentum vel scriptum cuiuscunque summa ex quacunque eam remansit, vult id esse uanum & pro cancellato haberi, talis enim uerborum generalitas restringitur, si quid mansit pertinens ad rationem mensæ, siue calculationis factæ, non autem ad ea quæ non sunt de ratione mensæ sed extra, ut est negocium madati. Et ratio est: quia dicta uerba quantumcumque generalia restringi possunt, salua ratione recti sermonis, ad rationem mensæ, cum in illa ratione plures & diuersi contractus ueniunt, vt dicitur in princ. illius textus. † Secus autem si fuisset adiectum ex quacunque causa tam pertinere ad mensam quam non pertinere, tunc enim non restringeretur ad specificatam rationem mensæ. cum talis restrictio fieri non posset, salua ratione recti sermonis, ita Bar. Castr. Alex. Iason & omnes ibidem declarāt, sicut & Bar. Saly. Cast. Alex.

Alex. & Iaf. in l. si de certa. C. de transf. vbi quoque Do. meus Rim. Curt. & alii, Alex. conf. 111. vol. 2. Paris. conf. 39. nu. 27. uol. 1. Bursat. cōsi. 114. nu. 23. & pulcrè def. Verap. 285. nu. 7. & 354. nu. 12. ubi firmat hanc regulā, quæ quando uerba generalia non possunt, salua ratione recti sermonis, ad specificata referri, nunquam restringuntur ad specificata, citat Imolam in c. 1. de transf. & Alex. conf. 46. col. 2. vers. præferim, vol. 1. At nos in secundo casu versamur, nā si uelimus illa uerba generalia legati, omnia & quæcunque bona mobilia, ad vestes & alia specificata restringere, salua ratione recti sermonis, id efficere non ualemus, cum multa contineatur appellatio bonorum mobiliū, maxime vniuersaliter, & bis, ut hic facta, quæ non sunt uestes, iocalia, torques, anuli, vel monilia. vt mox dicam. merito non debent ea uerba generalia ad specificata restringi sicque cessat obiectum.

46 † Nunc ad secundum transeo post Oldradū conf. 148. nu. 7. & sequaces supra citatos, qui dicunt, nullum esse uerbum adeo vniuersale, vel indistinctū, quod ex consideratione debita circumstantiarum non debeat ciuilitate intelligi & limitationem recipere. At respōdeo, id esse uerum, quando circumstantiæ colligi possunt ex uerbis. exemplum patet in l. si mihi Meuia, in fi. ff. de leg. 3. vbi si quis legauit domus suas in quibus habitat, nullo omnino excepto, cum omni instrumento, & repositis omnibus, non inde uidetur testatorem de pecunia numerata, aut instrumentum debitorum sensisse. Ratio est: quia circumstantia domus legatæ id operatur, ut illa uerba vniuersalia. nullo omnino excepto. ueniant intelligenda de pertinentibus ad illam domum, & illa uerba (cum omni instrumento) debeant intelligi scilicet domus, sicut & illa repositis omnibus, uidelicet vsus gratia dictæ domus, merito non uenit pecunia numerata, nec instrumenta debitorum continetur sub legato, cum non sint instrumentum domus nec usus eius contemplatione, prout sentit Bar

47 to. ibi, licet strictius loquens. † Pari modo uidemus in l. vt gradatim. vers. & si lege. ff. de mun. & honor. Modestinus dixisse, quod si l. municipali caueatur, vt præferantur in honoribus certæ conditionis homines, id obseruandū esse, si idonei sint, nec illa uerba generalia, certæ conditionis homines, sine ullo delectu summi debent, sed interpretantur ut ad habiles restringantur † id enim suadet honoris circumstantia, de quo statutum loquebatur, qui uirtuosis, morigeratis, ac bene circumspectis conferri debet. ut enim dicunt Bart. & Ioann. Platea in l. 1. C. de digni. lib. 10. & Ioann. Rayner. in tract. nobili. q. 1. princ. plerunque uirtutem dare causam nobilitati: quoniam ad eam conferendam Princeps sepius mouetur & moueri debet illius uirtutibus, cui uult honorem concedere l. fin. C. de stat. & ima. vbi uirtutum præmia tri-

bui merentibus conuenit. Ideoq; honores uirtutum studiosis et decerni. † Cū honor sit uirtutis præmium. ut scribit Aristot. lib. ethic. 4. & iterum. 8. & rursum lib. 8. cap. 14. sicut Tullius Epistol. fami. lib. 10. ad Plancum, Epistola 10. vnde Marius, quem refert Tiraquell. in tract. de nobilitate. cap. 4. nu. 15. dicebat. Nobilitatem ex uirtute coepisse. & Linius lib. 1. ab Urb. cond. quod Romæ omnis repentina atque ex uirtute nobilitas sit, unde satis incontentaneum foret, si desides, inhabiles, & non idonei fungerentur honoribus eo uelamento tantum, quod essent homines illius conditionis, de qua statutum loquebatur, sed restringi debet ut supra. † Si quidem uerba quantumcumque generalia restringi debent, quando generaliter ea capiendi sequi posset absurdum. Glo. in Clem. literas de ref. Imol. in l. si uerò. §. de uiro. ff. sol. ma. Soc. conf. 84. col. 3. uer. 3. principaliter. uol. 1. Castr. conf. 50. uisio codicillo. col. 2. uol. 2. Craue. conf. 86. nu. 8. At in casu nostro (ut ad eum reuertar) quando maritus uxori legauit omnia & quæcunque bona mobilia, bene fateor, quod ex illo uerbo mobilia. colligitur circumstantia, quod testator excludere uoluerit à legato bona immobilia † item iura & actiones, quæ non ueniunt appellatione bonorum mobiliū, imo nec immobilium, sed tertiam speciem constituit. quæ Tuberonis §. in peculio. ff. de pecul. & ibi Bar. & Saly. l. à diuo Pio. §. in uenditio ne. ff. de re iud. Bar. in l. potest. ff. de auth. tut. in l. mouentiū. ff. de uer. sig. & conf. 49. sicut & in l. Centurio col. 8. ff. de uulg. Abb. in c. nulli. de reb. eccl. non alie. col. 3. Domi. in c. 2. col. 2. eoti. lib. 6. Maria. in trac. obla. libello 8. q. 6. Ang. conf. 328. consultatio. col. 2. & in auct. de non alie. §. 1. Oldra. cōsi. 219. Lopus allega. 91. Card. in cle. 1. de reb. eccl. non alie. & conf. 66. latius que conf. 72. Guid. Pap. quæst. 489. Dec. conf. 237. col. 1. Silua. conf. 37. col. 1. & 2. sed dum subiunxit testator. uestes, iocalia, torques, anulos, monilia, non sunt illa circumstantiæ, propter quas uerba generalia, quæ præcedunt, restringi debeant: quia non referuntur illa species ad uerba omnia & quæcunque bona mobilia, sed ad uerbum legauit, & ad actum legandi, quo casu genus non restringunt, secundū Bar. in d. §. si qui fundum. & in d. §. cui dulcia. merito patet, & hoc argumentum cessare.

52 † Ad tertium, quod uerba benignè moderiter, & cum temperamento, ciuilitate & humanis summi debent, non ruditer, rigidè, nec amarè, dico quod ex qualitate legantis mariti, & legatarie coniugis, & dilectissimæ lata fieri dēt interpretatio, ut in ultimo fundamēto pro uxore deduxi, benignaque, mediocriter, ciuilitate & humana fatis redditur interpretatio, si dicamus præter species expressas, ceteras mobiles ad eam spectare, cum solum iura & actiones ad hæredem pertineant, sibi que remaneant maioris ponderis & momenti.

53 † Et hec interpretatio multum verisimilis redditur ea ratione; quoniam haeres institutus, sua suppellectilia, suisque bonis mobilibus satis fulcitus erat, at uxor non itidem, merito uoluit res mobiles ad eam pertinere, ut eius necessitati subueniret, arg. l. 1. ff. de contr. emp. immobilia uero uoluit heredi remanere, qui frater erat

54 agnationis gratia, † nam familiarum dignitas per diuitias conseruatur & per inopiam minuitur, in auc. de defen. ciui. in principio, & ut omnes obed. §. 1. cum similibus per Curt. conf. 34. nume. 12. Paris. conf. 35. nu. 32. vol. 2. ubi dicit, quod sine diuitiis fordescit. Bero. conf. 115. nu. 5. & conf. 120. nu. 61. vol. 1. Soc. iun. conf. 141. nu. 13. conf. 168. nume. 38. vol. 2. † caque per masculos conseruatur non autem per foeminas, sed potius destruitur. l. pronuntiatio, in ff. de uer. sig. Bal. in suo pulcro conf. Martinus Ioann. de Florentia. impresso inter consilia Ange. li. nu. 68. quem refert & sequitur Andre. Sicul. conf. 57. col. 1. ver. facit etiam. vol. 4. Soc. iun. conf. 141. num. 12. vol. 2. Dec. & alii. in l. 2. C. de in ius. voc. Grat. resp. 5. nu. 16. vol. 2. Bero. confilio 57. numero 46. uolumi. tertio, Rol. a Valle. conf. 56. nu. 26. vol. 3. Paris. con. 30. nu. 25. vol. 2. vnde prudens testator utriusque confuluit, bona mobilia dans uxori, immobilia uero fratri dimittens.

56 † Ad quartum de materia legatorum, in quibus stricta fieri solet interpretatio, dico quod immo lata fieri debet in casu nostro, cum per maritum factum reperiatur uxori, prout in ultimo fundamento deduxi. Quod etiam confirmatur: nam sicut uidemus, legatum generale filio factum continere merces uenales, si patris facultates sint amplae. l. quaesitum. §. sed & ipsa. iun. & Glo. ff. de fun. instr. qua non continerentur in legato simpliciter. l. Gaius. in prin. ff. de leg. secundo. † idem in uxore procedit: quoniam quod ad legata priuilegiata est sicut filius & aliae coniunctae personae. l. cum alienam. C. de lega. §. non solum. inst. eo. ponit Soc. in l. 1. not. 5. ff. de reb. dub. & post eum Bero. conf. 44. nu. 22. vol. 2. ponderans etiam textum pulcherrimum in l. praedia. §. affi. ver. id quod fuit. ff. de fund. inst. ubi dicitur cum plenissima testatoris erga affinem uoluntas ab eo quoque manifestetur. & ad rationes deductas in eo quarto fundamento, quia respondet Natta in allegato conf. 626. remissione ad illum contentus ero, ne sim prolixior & oculos legentium nimis offendam.

58 † Et quod inquit Bal. in d. l. 1. C. de uer. sig. ver. sed pone. de phaleris mediocribus, quae legatis armaturis equi cedunt legato, non aureae uel gematae, tollitur ex eodem Baldo, qui subdit, nisi propter eximiam nobilitatem testatoris atque legatarii amplius praesumatur. l. plenum. §. equitii. ff. de usu & habi. quare sic etiam dicamus, si

59 charitas, & affectio legatarii concurrat. † Quin etiam dato quod nobilitas aut affectio legatarii non concurrat, in ea quaestione Baldi diceret

phaleras illas preciosas non cedere legato factio de armaturis equi, cum de solitis & ordinariis ueniat intelligendum legatum, quales erant ad bellum paratae, non autem de extraordinariis, quales erant, quibus miles in torneamentis utebatur & ad pompam: quia in materia legatorum dictum generale non refertur ad extraordinaria. l. Scio. §. medico. & ibi not. Bar. ff. de ann. lega. ubi si medico Sepronio quae uiuus praestabat dari uoluerit testator, relicta uidentur quae certam formam erogationis annuae non incertam liberalitatis uoluntatem habuerunt. † Hinc infert eleganter Bar. ibi de procuratore generali qui facere potest ea quae dominus solitus est facere. l. uel uniuersorum. ff. de pign. acti. nam debet intelligi de his, quae facere consuevit ordinariis, non autem extraordinariis, quod etiam ponit in l. sed & si quis §. quaesitum. ff. si quis caut. Oldra. conf. 129. & Dec. conf. 430. col. 2. simile uidemus, eum qui renunciauit casibus fortuitis, ad eos teneri modo communiter contingentibus, secus si raro uel extraordinariis, ut post Glo. notat Doct. in d. §. quaesitum. & Rube. conf. 153. post Baldum conf. 145. casus talis est. vol. 4. & Corneum conf. 12. col. 2. uol. 4. at quod in casu nostro praeter uestes & alias species memoratas omnia & quaecumque bona mobilia dicantur uxori legata per maritum, non est quid insolitum nec inaudium sed frequens & consuetum, merito debet admitti ad eius fauorem.

61 † Ad ultimum responderetur, quod quando genus praecedit, & sequitur species per copulam, ea stat expositiue, ut lucrum & quaestus, id est quaestus, illud est uerum ac procedit, quando genus & species non sunt diuersa, ut in eo exemplo. nam quaestus, qui est species lucri, lucrum est, lucrum uero latius patet, cum possit esse sine quaestus, hoc est opera §. 1. inst. per quas pers. ibi. ne quod ei laboribus suis, uel prospera fortuna accesserit. Primum enim arguit quaestum secundum lucrum, igitur illo calia species restringit genus. † sed quando copula ponitur inter diuersa, ut genus & speciem, tunc uenit utrunque, & sic species non restringit genus exemplum, si lego alimenta & medicinas, alimenta namque sunt genus, medicinae species, differuntque, nam possunt esse medicinae quae non alant, ac potius noceant, quam profint, incuria forsitan medici uel egrori desumptae, ita Imol. in l. si cum dotem. §. sin autem. ff. sol. matr. Felyn. in c. 2. col. 12. de refer. decis. Neapol. 106. col. fin. At nos uersamur in 2. casu, nam bona mobilia genus sunt, uestes & aliae res nominatae sunt species honorum mobilium diuersae tamen ut genus & species: quia multae res mobiles esse possunt, quae tamen non sint uestes, anuli, torques & id genus, ut linteamina, tabulae, uasa & id genus, igitur illa uerba omnia & quaecumque bona mobilia, uestes, iocalia, torques, anuli, monilia non debent intelligi

ligi per copulam conuersam in expositiua, id est, ut sic licet restrictiue, sed omnia uenire debent & operari.

Superest ut profligatis contrariis paucis perstringamus quae nam contineantur seu comprehendatur in legato praedicto praeter species particulariter enumeratas, & in primis dico sub illis uerbis omnia & quaecumque bona mobilia, contineri suppellectilia quaecumque, sic. n. in communi sermone homines mobilia sua, suppellectilia appellant, ut dicit Oldra. conf. 219. factum tale est, & Ioann. Andr. in addi. ad Specul. in titulo de fructu. & inter §. 1. ver. sed pone, latiusque confirmat Natta conf. 117. num. 5. col. penult. Dec. conf. 472. nu. 10. & ultra comprobatur: quoniam haec nomina & mobilia, massaria, suppellectilia, siue fulcimenta sunt nomina appellatiua collectiua, ut de peculio, grege & hereditate tradit Bar. in l. fin. §. 1. ff. de leg. secundo, & Bero. ponit in casu nostro conf. 44. nu. 8. vol. 2. merito nimirum si unum sub alio continetur.

65 † item comprehenduntur omnes fructus a solo separati, secundum Specul. loco citato. col. 3. ver. 3. quaeritur. & ver. sed pone praelatus. Bal. in c. 1. de pac. Costa. in prin. & post eum Aluar. col. 5. & est textus clarus in l. si ff. de requi. reis, ibi (sed & diuus Traianus inter se mouentia fructus quosque habere rescripsit,) & cum praedictis etiam concordat Bursatus conf. 43. nu. 12. per hoc dicens, quod ueniunt in confiscatione non honorum: † Quinimo comprehenduntur etiam fructus pendentes, & nondum separati a solo: quae sunt res mobiles in habitu, quae de proximo sperant fieri mobiles, cum sint ad hoc ordinatae & destinatae fructuum suam propriam naturam, ut de frumeto tradit Cast. conf. 239. ver. dicendum, quod dictum frumentum. in antiq. † licet Conanus in commentar. suis. lib. 3. cap. 2. col. 5. secus senserit, non aduertens ad rationem Castris satis efficacem, uelut in ea regula iuris fundatam, quod de proximo futurum pro facto habetur, & propinqua potentia actui habetur pro actu, l. pen. & ibi not. Bal. ff. de test. mil. vnde notabiliter infert † ad licentiatum, quod det statim doctorati, quod debeat pro doctore reputari. licet dicat non esse uerum propter aliud examen necessarium, & insignia doctoratus, quod non habet, ego non admisi, inst. quibus alie. licet i. pri. n. 100. post Alciat. in tract. de praesum. reg. 1. praesum. 45. col. pen. & Grat. resp. 116. col. 5. vol. 2. ubi eam meam successumque suum narrauit. Nec me mouet

69 ro Baldi de alio examine necessario, quod quae hodie licentiatum pleno iure discutit & examinat nec aliud i eo desiderat praeter doctores insulas, quibus decoretur, quarum cosequenda quoadocumque; cum liberam habeat potestatem, ac ordine Iureconsultorum sibi coeclam, per habitis censerit dent ut idem Bal. adnotauit, quod potentia propinqua

70 actui habet pro actu, quod sicut & ille subdit, quod de proximo consecrandus habetur pro consecrato. Et in specie reperio, quod Ioannes Lupus, quod

Pallatios Ruuios appellant, in rubr. de don. inter uirum & uxore. §. 38. nu. 10. facit mentionem de dicto Baldi in d. l. pen. quod etiam replica

71 uit in l. atletae. in prin. ff. de excul. tutorum: † de inde dicit, illud procedere in odiosis & penali bus, in quibus sermones stricte sunt interpretati. vnde si Episcopus excociat doctores non disputantes, non includunt licentiatum, secus autem quando agitur de fauore, nam tunc appellatio ne doctoris comprehenditur licentiatum, quia est in potentia propinqua actui, ut idem Bald. tradit in l. 1. col. pen. ff. sol. ma. Imol. & Domi.

72 in proce. sexti cum aliis per ipsum Lupum. † quod dicit hanc esse magis coem conclusionem. Quinimo post multa subdit. col. pen. & fin. quod cum omnia quae in doctore requiruntur fuerint obseruata in licentiatum, quia praesentatus doctoribus & ecclesiastico rectori, qualis est Reuer. Vicarius Reuerendissimi Episcopi, fuit examinatus super genere, moribus & scientia, dataque sibi fuit licentia, quauis deficiant ea quae sunt de solennitate, scilicet biretum & similia, nihilominus habebit doctoris priuilegium, quia non debet nomen, sed substantia actus attendi. l. si ff. pro donat. l. infula. ff. de praes. ver. & quia biretum non ponit, nisi, uel ad ornatum, uel ad honorem doctoratus iam inductum designandum. vnde cum omnia requisita in doctore concurrant in licentiatum, non det curari de bireto, & aliis similibus, quia licentiatum non deficit nisi exercitium, puta legere, non autem dignitas.

Et postquam incidimus in doctoratus insignia placet hic delectationis lectorum modum inserere, quae semel obseruauit in illis elargientis magnifico. D. Io. Francisco Pistophilo Prorectori nostro, discipuloque meo quam gratissimo, tempore quo finito magistratu suo doctorum dignitate consecutus fuit in amplissimo collegio nostro. † Praeclarissimus ille uates Ludouicus Ariostus non minor urbis Ferrariae splendor & gloria, quam Virgilius Matus, in suo celeberrimo libro Furiosae quaedam memoratu digna de animoso Rugerio collocauit, quod mihi factis apposita uidentur in fulis in re, Prorector dignissime, conferendis narrat ille quod cum fraude Pinabelli Bradamans excelsa uirgo in antrum incidisset & in ecclesiam Venerabilem ingressa a Mellissia maga ad sepulcrum Merlini ducta fuisset. Ille protinus ex concauo saxo sic eam allocutus est.

*Fauorisca fortuna ogni tua voglia,
O casta, o nobilissima donzella.*

Subindeque progeniem ex ea futuram breuibus perstringens subiunxit placidissime loquens, & eam immenso solatio, arque incredibili cordis laetitia replens

*Perche dunque il voler del ciel si metta
In effetto per te, che di Rugiero.
Thaper moglier fin dal principio eletta,
Segui animosamente il tuo pensiero.*

Et cum tacuisset Merlinus, Mellissia Bradaman Hipp. Rimi. T. Secundus. Qq tem

tem in circulo quodam constituit.
Et le dice che racia, estia à mirarla.
Poi scioglie il libro à coi demonij parla.
 Qui profuentes ex illo libro velut ex equo Troi-
 no numerosi milites prodierunt, illi præclare
 virgini propalarunt oēs & singulos inclite maxi-
 mæ; domus Estensis heroes & Principes vsq;
 ad reuerendissimū Hippolytum & Excellentis-
 simum Alphonsum Cardinalem & Ducē nūquā
 delendæ memoriæ, qui ex illa & Rugerio velut
 Palmite germinare debebāt. Igitur hoc exēplo
 raro ductus librū hūc tibi solum exhibeo, in
 quo non dæmones, sed sacratissimæ leges habē-
 bētur, vt eas ad omnipotētis Dei gloriā de cæ-
 tero velut earum Sacerdos factus bene mēren-
 75 tib. valeas ministrare. † Suborta nō mediocri
 cōtrouersa inter Rugerium & Mādricardū ob
 Aquilā cādidā, quā vterq; in clipeo gerebat, ea
 que periculosa admodū pugna inter eos diffi-
 nita, in qua Mandricardo perempto Rugerius
 victor extitit, Poeta de illo scriptum reliquit.
I Re, i Signori, i Cauallier piu degni
Con Rugier ch' affatica era rissolto,
A ralegrarsi, & abbracciarsi uanno,
E gloria senza fin d' honor gli danno.
 Quare cum tu pariter ex hodierno certamine vi-
 ctoria fueris assecutus, honoris tui gratia et Lau-
 rex coronæ loco hoc pileo tuū caput exorno.
 76 † Idem Rugerius, cū post duellū cō Mādric-
 ardo gestū factius toro iaceret, strenuāq; nō
 minus quā decora Marfisa sepius eū vistoraret,
 nec alter ab altero diuideretur, tam mutua be-
 neuolentia se prosequabantur. Miles Gualco
 fidæ Bradamanti retulit, vulgō credi matrimo-
 nii fidem inter eos fuisse præstitam, idque Ru-
 gerio ad salutem pristinā redactō publicari de-
 bere summo omnium Regum ac Principum
 plausu & læritia ea ratione vt miles dicebat.
Che de l'ono è de l'altro sopra vmano
Conoscend' il valor sperano in breue
Far vna raxa d'huomini da guerra.
La piu gagliarda che mai fosi in terra.
 itea secute sunt, cū essent germani tibi, qui cū
 legali sapientia matrimonium felix contraxisti
 aureo anulo digitos tuos cingo.
 77 † Virgo Bradamās cū mirū in modū Ruge-
 riū adamaret, & Gualcono militi falsō credidisset,
 illū Marfisiā amore plequi, in Arlis veniēs
 vt eā pderet, post Serpētiniū, Grandoniū, & Fer-
 rautū, qui prius i capū pderāt equestres, pedi-
 tes missos, cū Marfisa pariter equo diecta acer-
 rimā pugnā habuit, qua tū ob milites Agramā-
 tis, cum Caroli separata, nec vt optabat ad finē
 redacta, Rugerium ad Aquilam Argenteā reco-
 gnoscens, eumque contemplans mira venusta-
 te & immensā gratia præditū vt Poeta scribit.
Immaginando ch' altra ne gioisse
Da furor' assalita così disse.
Donque bacciar si belle, & dolce labia.
De ve altra, se bacciar non le poss' io.
 Igitur ego summo incensus desiderio id, qd̄ illa

nequiuat ad effectū pducere, te i vtrāq; maxillā
 deosculor, & lætus excipio, vt sicuti tibi sum de-
 ditissimus, vberimē certus sis amoris erga te
 78 mei. † Rugerius cū ex naufragio natās fluctus
 maritimos egressus esset, & a Sācto Heremita
 ad religionem fidemque nostram conuersus, il-
 lucque peruenissent comes Orlandus, Mar-
 chio Oliuerius & Rex Sobrinus post Agraman-
 tem, & Gradassum peremptos, & inde postea si-
 mul omnes essent recessuri, vt Poeta memorat.
Far benedetti dal Vecchio deuoto.
 Nos igitur pariter benedicat Deus Optimus Mā-
 ximus, cuius est propriū benedicere, & in terris
 foelices, cœloque beatos reddat.
 79 † Postremō, vt ad iuramentū tibi deferēdū de-
 ueniā, cuius Poetæ præclarū exēplū in mediū
 deducā. Nā cū ingēs bellū gereret inter Agra-
 mātē Regē Africanū, & Carolum Regē Gallo-
 rū, eos demū principes cōuenisse refert, q̄ vni-
 uersalis Duello dirimeret, ad qd̄ exequēdum
 p̄ Carolo Rinaldus, & p̄ Agramātē Rugerius
 electi sunt, qui in cāpū prodirent, ea cōditio-
 ne vt q̄ eorum succumberet, Rex suus alteri cede-
 ret, & tributum p̄staret, idq; reges illi se illiba-
 tē seruaturō iureiurando præstito promife-
 runt, vt de Carolo meminit Poeta dicens.
Così dicendo Carlo sul uangelo.
Tenea la mano, & gli occhi fissi al cielo.
 Et de Agramante subiungens.
Chiamando in testimonio il gran Maumette.
Sul libro ch' in man tien' il suo papasso,
Cio che dett' ha, tutto offeruar promette.
 Igitur librū tibi patētē porrigo, vt postquā hodie-
 na die ab hoc amplissimo Senatu nō tā ingēs
 beneficiū recepisti, ad delationē Notarii nostri
 Sacrosanctis his legib. manu tactis iureiurādo
 fidem tuam obstringas, nec aduersus Eminen-
 tissimum Principem nostrum, nec hunc ordi-
 nem nostrum, nec rempublicam nostrā patrocini-
 um, cōsiliūve tuum in posterū reddaturū.
 Hæc de doctorum insignibus dicta sufficiāt,
 & ad rem nostram deueniens, in quadicebam,
 bonorum mobilium appellatione fructus pen-
 dētes de proximo separados à solo venire, per
 eam regulam, q̄ potentia propinqua actui, pro
 actu reputatur. dico q̄ præter exempla licētia-
 ti, de quibus supra locuti sumus, alia non de-
 esēt, q̄bus ea regula cōmuni possēt & insigniri,
 q̄ cumulat Ias. in l. diuortio. §. interdū. col. fi. ff.
 80 sol. ma. & Ioan. Lupus in d. §. 38. sed ne sum ver-
 bosior, missa faciā tū dūtaxat addēs, q̄ in termi-
 nis inquit Bar. ibi cæteri q̄ sequuntur, q̄ fru-
 ctus q̄ sunt de proximo recolligēdi habent pro
 recollectis: igitur mirū videri nō dēt, si bonorum
 mobilium appellatione cōtinent. Et licet Ias.
 ibi col. fi. dicat illam regulam Bartoli generali-
 ter sumptam nō esse veram: quia sequerēt, q̄ si
 quis videret fundum, in quo essent fructus ma-
 turi, nō spectaret ad emptorem, cuius tamen
 contrarium cauetur in l. Iulianus. §. si fructibus
 iam maturis. ff. de actio. empri. & in l. fina. §. ut
 fructus.

fructus. ff. de his quæ in fraud. cred. atamen;
 quicquid in terminis Iasonis, si quando fit mē-
 tio de fundo vendito, secus in nostris esse dēt,
 quando de bonis mobilib. fit legatum propter
 rōnē Castrensis supra memoratam: Et in em-
 ptore fundi particularis uiger illa rō Iasonis;
 quia præsumitur emptor soluisse pretium pro
 fundo & p̄ fructibus pendētib. cū pars fun-
 di censeatur. l. fructus pendētes. ff. de rei vind.
 81 † sed & alia considerari potest: est emptor enim
 causam onerosam præterit. §. si res aliena. inst.
 de lega. quia soluit pretium conuentum, at hæ-
 res, qui recusat præstare fructus legatario oīum
 & quorumcumque bonorū mobiliū, tractat de
 82 lucro, & licet. n. hereditas posit esse damnosa.
 l. si hereditatem. ff. mand. §. neq; tamē, inst. de
 auct. tuto. quia tamen originem trahit à lucro,
 de illa iudicat vt de lucro. Glo. Bar. Cast. Alex.
 & Ias. in l. 2. & 3. C. de iur. & fac. ignor. & in l.
 83 iuris ignorantia. & ibi dixi. C. qui admi. † sed
 & aliud in legatario cōcurrit, videlicet prædile-
 ctio respectu rei legatæ, licet in vniuerso patri-
 monio fuerit hæres prædilectus, vt declarat
 Natta consilio 626. in fin. meritō nimirum si
 fructus licet pendentes ad eum spectare de-
 bent, quæ sunt notatur digna.
 84 † Rursus sub hoc legato bonorū mobiliū pe-
 cuniā cōtinent: quæ moueri possunt de loco ad
 locū, ideo sub nomine mobiliū cōtinent. §. &
 quia parū, in auc. de nup. & ibi not. Ang. & est
 cōsimilis tēx. in auc. hoc nisi, C. de soluti. idq;
 voluerūt Cy. Bal. & Alber. in l. eā demū. C. de
 colla. Dec. cōf. 381. & cōf. 472. col. 1. Tiraq. de
 85 retrac. lignag. §. 1. gl. 7. n. 102. † Tātoq; magis
 quia legatū fuit per dictiones vniuersales oīa
 & quacūq; factum, quo casu ueniunt pecuniæ
 stante verborū geminatione, quæ lationem vo-
 luntatē demonstrat, vt in terminis cōsiderat
 Afflictiū dec. 106. n. 6. sicq; procedit Alex. cōf.
 118. col. 2. vol. 5. loquens de legato factō oīum
 rerū, q̄ quoquo modo sunt in domo, qd̄ cōpre-
 hendit ē res venales. Nā idē iuris esse dēt quōd
 ad pecuniā, loquendo de mobilibus oībus, & q̄
 buscūq; & in his terminis saluari pōt Dec. in
 allegato cons. 492. & Plotus in l. si quādo. n. 16.
 86 C. vnde ut. & de plano procedere. † hæq; pecu-
 niæ venire debent vbiq; sint, cū ad aliquē locū
 testator nō se restrinxerit, vt cōsiderat Negu. in
 87 tra. de pigno. 2. mem. secundæ par. nu. 37. † De
 mū veniunt in eo bestie. l. mouenti ū. & ibi Gl.
 Veronenf. & Alcia. ff. de ver. signi. Rui. cōf. 32.
 col. 2. vol. 2. & Decif. in allegato cōf. 472. q̄ de
 oībus loquitur. Et ita mihi visum fuit in præ-
 senti consultatione de iure determinari posse.
 Hippoly. Riminaldi.

Pro Sallano inquisito.

ARGVMENTVM.

Disputatur quis ex duobus rixantibus pri-

mus fuerit ensis euaginator.
 S V M M A R I V M.
 1 Mulieres in criminalibus regulariter in testes non
 admittuntur.
 Siue de iure Canonico & in terris ecclesiæ. 2.
 Siue de iure civili propter magnitudinē præiudicij,
 quæ procedūt in accusatione, secus in iquisitione. 3.
 Item ad offensā rei 4. Secus si ad eius defensionē. 6.
 5 Mulieres tres de furto deponentes non sufficiunt ad
 condemnandum reum pœna mortis.
 7 Testes de credulitate non probant, secus ad defensionē,
 item nec domestici. 8.
 Secus ad innocentiam tuendam.
 9 Defensio per coniecturas probatur. 10.
 Quarum plures enumerantur 11. cū sequen. Prima
 si massarius denunciaret aduersariū rei ensē nudasse.
 Secūda, si aduersarius dicat, il me hā anco me assal-
 tato questi di passati. 12.
 Tertia, si dicat, io non l'ho mai potuto trouare suori-
 di pia? & se non hora. 16.
 Quarta, si associatus erat, Reus verō solus. 18.
 Quinta, si rixosus erat. Reus pacificus. 21.
 Sexta, si pacem peti curauit à reo. 22.
 Septima, si reus sponte se constituit in carceribus. 27.
 10 Testes coniecturis & præsumptionibus adiuuantur.
 11 Percutere incipiens semper præsumitur in culpa.
 12 Dicitio quoque, implicat.
 13 Confessio tacita, quæ per statutum vel ex verbis in-
 ducitur, probat contra sic consentientem.
 14 Confessione tacite quæ surgit ex probatione libri vel
 scripturæ statuitur.
 15 Confessus tacite testamentum esse validū, non audi-
 tur postea volens ei contradicere.
 16 Aggressura quibus verbis probetur.
 17 Insultantes querunt, & insultati queruntur.
 18 Verisimile non est, solum duos aggressurum.
 19 Ne Hercules quidem contra duos.
 20 Fama stātib. alijs coniecturis plenā facit probationē.
 21 Aggressor præsumitur fuisse rixosus, nō at pacificus.
 22 Bona vitā tollit præsumptionem delicti.
 23 Argumentum à cōiter accidentibus est validum.
 24 Princeps non potest facere gratiam Bannito ante pæ-
 cem offēsi vel heredum suorum.
 25 Offensus cogi nō pōt ad faciēdū pacē, nisi causa corā
 supremis iudicibus sit, vt Imperator vel Papa. 26.
 27 Constituens se sponte in carceribus præsumitur in-
 nocens, aliās esset in sanus ingrediendo carceres, si
 esset reus criminis. 28.
 29 Præsumptiones cum vno teste de veritate conclu-
 dunt. & due simul iunctæ faciunt vnā plerāq;
 probationem. 30.
 Maxime si consonet eis veritas. 31.
 32 Iacobus Thomingius Germanus iureconsultus me-
 33 Testis vnus per alios conuincitur. (moratur.
 34 Verisimilitudo i probationib. maxime cōsideratur.
 Cum habeatur pro lege, dato, quod per testes non con-
 uincatur. 35.
 35 Iudex in deprehendenda veritate primō debet at-
 tendere, quod est verisimile.
 36 Testem plures defectus amittunt.

Auxilium meum à Domino.



SALLANVS abfoluendus est à contētis in inquisitione cōtra eū formata velut secūdus enſis euaginator non primus, id. n. deponūt apertē mulieres illā duā examinata. † Circa quas aduertit debet, q̄ licet mulieres in criminalibus regulariter non admittātur. c. forus. §. testes. de ver. ſi. not. in c. tam his. de testib. & plenius Abb. Fel. Dec. & omnes in c. quoniam, eo. tit. Alex. conf. 1. 1. cōf. 99. col. 1. vol. 1. cōf. 176. vol. 2. Veroneſ. cōf. 32. col. 2. Alciar. in tract. de p̄ſum. reg. 1. p̄ſum. 42. Marſ. conf. 18. nu. 34. & conf. 22. Laurē. ab Occa cōciuis meus cōf. 60. col. 4. & Paul. Merēda conf. 92. nu. 14. Tomo. 2. criminaliū. Franciſ. de Placentia cōf. 84. iu. ſi. lib. 1. crimi. lōgē verō latius Oratius Lucius cōf. 161. n. 16. 1. Tomo crimi. † ſiue de iure Canonico loquamur & i. terris eccleſiā. poſt Marſ. cōf. 101. nu. 8. ſiue de iure ciuili. propter magnitudinē p̄iudicij. poſt Gādinū in tract. de maleſi. tit. de furib. col. 4. verſ. po ne quæſtione de factō. cum ſimilibus, quos allegat poſt Tiraquel. de legib. connub. nona lege nu. 62. 76. & 77. † id intelligi debet in accuſatione criminali. ſecus verō quando proceditur per viā inquisitionis, prout in caſu noſtro: tūc eam bene mulieres admittuntur. Ita voluerūt Ang. Aret. & Ioann. Platea in S. teſtes. inſt. de teſta. Stepha. Aufrer. in tract. de teſti. n. 69. qui dicit, quōd iſta fuerunt verba Floriani in l. ex eo. ff. de teſti. idēque voluit Lancellot. Corrad. libr. primo de p̄tore. §. 2. verſ. mulier. & Lanfran. de Oriano in tract. de teſtib. ſub. n. 80. poſt Innoc. in c. quoniam. de teſtib. ſub. n. 80.

† Secūdō procedit illa concluſio, quādo mulieres ad offenſam interuenirēt: tunc enim nō admittuntur in criminalibus. ſicque loquūtur & intelligendi ſunt p̄dicitī doctores, vt denotat illa ratio magnitudinis p̄iudicij. † Vnde Follerius in p̄act. crimi. n. 128. tractās de furto. pro quo pena mortis ſit irroganda. dicit q̄ ſi de illo non deponunt niſi tres mulieres. vtique non poteſt ex eis ad condemnationē procedi. & q̄ inquit Angel. Aret. cōf. 71. n. 58. 1. Tomo crimi. furum probari per duas mulieres, quæ fuerant etiam ſociæ criminis, procedit quādo ciuilitate agebatur ad reſtitutionē rei. non autē criminilater ad vindictam publicam, vt ſemet ipſum declarat. † At quādo mulieres ad defenſam rei deponunt in criminalibus admitti debent. vt in caſu noſtro cōtingit, & ita de muliere etiam ſamula ad defenſam deponente tradit Alex. conf. 5. col. 3. vol. 1. & clarius Craue. conf. 119. nu. 9. vbi loquens in crimine homicidij dicit admitti mulieres ad probandum talis criminis innocentiam, poſt Caſt. cōf. 273. viſa

7 relatione. ad ſi. vol. 1. † confirmatur à ſimili. Nā licet aliās teſtes deponentes de credulitate nō probent. l. teſtium. C. de teſti. Iason in rubr. ff. de iureiur. tamen ad defenſionem rei probāt in criminalibus, vt tradit Bart. in confi. incip. Vanutius. quē ſequitur Alex. cōf. 76. viſa in inquisitione, in ſi. & conf. 109. uifis. vol. 1. Iaf. in l. ut vim. col. 2. verſ. iſtud probo. ff. de iuſt. & iu. Dec. cōf. 102. n. 26. 1. Tomo crimi. † pariq̄; modo licet aliās teſtes domeſtici non probent. l. 2. C. de teſti. & ibi not. omnes. tamē ad probandā defenſionem & innocentiam in criminalibus probant, vt ponit Specul. in tit. de inquisi. §. 1. verſ. ſed nunquid. Ioan. de Ana. conf. 59. viſa in inquisitione. Bal. & Sal. in l. parentes. C. de teſtib. Bal. confi. 479. vol. 5. Caſt. confi. 207. ſuper primo. Flori. in l. teſtis idoneus. col. ſi. ff. de teſtib. Ang. Aret. de maleſ. verb. & dictus Ticius ſe defendendo. verſ. aduertat etiā. Alex. cōf. 76. vol. 1. cōf. 24. animaduertiſ. col. 13. vol. 2. Marſil. ſing. 19. plures allegans. potiſſimē verō Baldū in l. vnica. C. de confeſ. † dicētem, q̄ feciſſe ad defenſionē probat per coniecturas, ſequi Laurē. ab Occa conf. 60. n. 48. 2. Tomo crimi. ſicut ergo p̄ teſtes credentes, domeſticos, & p̄ coniecturas defenſio probat, q̄ aliās nō ſufficerēt, pariter & p̄ mulieres dēt poſſe iuſtificari, ſicq̄; cōcludit & cōfirmat hęc ſingula ponēs Petrus Folterius in p̄act. crim. ſecūda parte ſecūda partis titulo recipiantur defenſiones reorum. nu. 13.

† Tantoque magis admitti dēt illā duē mulieres ad defenſā Sallani, q̄ pluribus coniecturis & p̄ſumptionibus adiuuantur, ex quibus defenſio vel innocentia probatur, vt dixi. confirmatque Bar. in l. 1. §. de illo. ff. de his qui ſibi mortem conſci. Veroneſ. confi. 60. col. 3. Craue. confi. 119. nu. 9. mox citato.

† Prima eſt coniectura ſiue p̄ſumptio, q̄ colligitur ex denūtia Maſſarii referētis primō Panigaleū Sallanum percuisse nudandū prius enſem Sallano: quia q̄ incipit percutere, ſemper in culpa p̄ſumitur. Bal. in l. ſi ex plagis. §. tabernarius. ff. ad leg. aquil. Marſil. confi. 68. nu. 12. & in delictis principium ſpectari debet, & origo. l. illud. §. ſi. ff. ad leg. aquil. not. in l. qui de crimine. C. de accuſ. Iacob. Burrig. confi. 17. num. 10. libro primo criminali.

† Secūda ſuccedit ex verbis prolatis à Panigaleo, quæ referūt duo teſtes (El me ha anco me aſſatato queſti di paſſati cō ſette ò otto) intelligēdo de Sallano, inſerūt. n. dicta uerba, Panigaleum tūc enſe nudato fuiſſe aggreſſorem Sallani, ſicut fuerat ante Sallanum aggreſſor Panigalei propter illam dictionem (Ancho) id eſt quoq̄; implicatiuam. l. ſeru. u. quoq̄; ff. de procu. Confirmatur, nam ex dictis uerbis Panigalei duplex cōfeſſio reſultat, prior expreſſa, q̄ Sallanus antea fuerat aggreſſus Panigaleum: † poſterior uerō tacita, quōd Panigaleus aggreſſus fuerit Sallanū, quē dēt aduerſus ipſum Paniga-

Panigaleū probare proueniēs ex eius uerbis, ſicut tacita cōfeſſio, quæ per ſtatutū inducitur aduerſus cōtumacē. l. manifeſta. ff. de iureiur. & ibi not. Alex. Rui. cōf. 19. n. 3. vol. 5. vbi dicit, q̄ eſt liquidiffima probatio. † Et ſicut ſtat tacitā cōfeſſioni, quæ furgit ex p̄ductione libri vel alterius ſcripturæ cōtra producētē. Bar. in l. poſt legatū. ff. de his quib. vt indi. latē. Dec. in c. venerabilis. de excep. Bar. l. 2. §. creditū. ff. ſi cer. pet. Rui. cōf. 76. n. 4. vol. 4. D. meus Rimi. confi. 202. nu. 1. 2. † & ſicut in ſuper tacitē confeſſus teſtamentum eſſe validum non auditur poſtea uolens ei contradicere, vt docet idē D. meus Rimi. confi. 259. nu. 20. tantoq̄; magis hęc procedunt, quōd dicta cōfeſſio Panigalei manauit ab eo ſponte nec aſſictō, & ſic in vim uoluntariæ iuriſdictionis, vt declarat Bar. in l. certum. §. ſed an ipſos. ff. de cōfeſ. Doctōr. in c. 1. vt lit. non contēſ. D. meus Riminal. confi. 368. nu. 8.

† Tertia furgit coniectura pariter ex aliis uerbis Panigaleæ relatis per duos teſtes: (Ioan. non ho mai potuto trouare fuor di piazza ſe non hora.) intelligendo de dicto Sallano, quæ uerba denotant Panigaleum uoluiſſe aliās eum aggreſſi, ſed non potuiſſe, nunc ergo p̄ſumitur id aſſecutum fuiſſe, prout in terminis aggreſſuræ probat Franciſcus Aluaro. confi. 74. nu. 7. & 8. libro 1. criminalium. vbi cum quidā Ioannes Petrus dixiſſet, q̄ ipſe cum ſociis fecerunt currere Dauid, ei que multas baſtonatas dederunt, arguit & coniecturatur Aluaro, q̄ & poſtea Ioan. ille Petrus prius illū Dauid fuerit aggreſſus: quia qui nocuit primō uult nocere ſecūdo, & q̄ ſemel malus ſemper p̄ſumitur malus. l. non oēs. §. à Barbaris. ff. de re mil. c. ſemel malus, de reg. iur. in 6. ſic igitur in caſu noſtro dici dēt ad vnguē, q̄ ſicut aliās uoluit enſe nudato Panigaleus aggreſſi Sallanum, pariter poſtea tempore rixæ, de qua agitur, fuerit illū ad ortus, † idq̄; uerba ſuadēt nā inſultatens querunt, & inſultati querunt, vt experientia docet rerum magiſtra. c. quā ſit, in princ. de electi. libr. 6. Corn. confi. 25. num. 14. uolum. 3. ſicut & querentes inueniunt, iuxta illud. Quæ rixæ, & inuenietis.

Quarta furgit coniectura ſanē probabilis, & uera, ne dicam tantum veriſſimilis, q̄ Panigaleus erat aſſociatus, Sallanus autem ſolus, vt dicunt teſtes. † At non eſt ueriſſimile, quōd ille ſolus duos fuiſſet aggreſſurus. Iudex enim dēt animi ſui motum confirmare argumentis, quæ rei aptiora ueroque proximiora, & magis veriſſimilia compererit. l. ob carmē. §. ſi teſtes. ff. de teſti. ſicque ſignanter arguit illemet Aluaro. in allegato confi. 74. nu. 5. cuius ſentētia fauile comprobatur ex eo. † Ne Hercules quidē contra duos, & p̄ter illud adagium comprobatur auctoritate Marſilii conſilio 51. numero 47. & clarius Blancus in p̄act. crimi. tertia parte defenſionis nu. 17. quos ille non allegat.

Accedunt huic quartæ coniecturæ plures te-

ſtes deponentes, quōd ſoluta rixa publicē dicebatur in ea uia à pluribus & diuerſis perſonis, quas nominant, q̄ duo fuerant qui aggreſſi fuerant Sallanum, † quæ fama ſtantibus aliis cōiēcturis & memoratis & memorādis plenam probationem inducit, vt declarat Domini. in c. 1. §. & quia, de uſur. in 6. Bal. in l. ſi quis ex argentariis. §. 1. ff. de edend. vbi dicit, q̄ in cauſa criminali ſufficiunt vnus teſtis de ueritate, duoq̄; de fama, idēq̄; ſcribit Aret. in c. ueniens. col. 7. primo, de teſt. & confi. 13. col. 6. Deci. confi. 163. col. pen. Ang. Aret. confi. 71. col. 6. primo. Tomo crimi. cū ſimilibus à me cumulatis cōf. 84. nu. 20. 2. Tomo criminalium. quibus nūcad do Marſ. confi. 3. col. 2. & planius confi. 82. nu. 15. poſt Alex. confi. 5. vol. 1. cū ſimilibus per eū.

† Quinta ſuccedit et̄ poſt coniectura furgēs ex qualitate perſonarū Sallani & Panigalei, q̄ prior erat perſona quieta, & pacifica, nec ſolitus rixeri, meritō p̄ſumitur, q̄ non fuerit aggreſſus Panigaleum, contra uerō Panigaleus rixofus erat & armorum profeſſor, igitur ille p̄ſumitur aggreſſus Sallanum. ita ſignanter concludit Veroneſ. confi. 28. col. 3. & conſilio 29. col. 4. Gramma. confi. 29. voto. 22. & 24. Blacus in p̄acti. crimi. tertia parte defenſionis. n. 22. † & bona uita & conſuetudo Sallani tollit p̄ſumptionem delicti, q̄ enſem prius nudauerit & Panigaleum fuerit adortus. Bal. in l. 1. in fin. C. loca. Marſil. in p̄acti. crimi. §. diligenter. nu. 197. & confi. 117. nu. 48.

Sexta pariter accedit coniectura pacis t̄ ennixē p̄ Panigaleū p̄tira à Sallano medio Margoti & Illuſtris admodū, ac ordinis Chriſtianiffimi Regis Equitis D. Guidi Bētiuoli, nā pacē petit offendens, ab offenſo non contra † ut à cōiter accidentibus eſt notiſſimū, q̄ arguētū concludit in materia probationis, latē Iaf. in l. non hoc. n. 18. C. vnde leg. Dec. confi. 184. col. 2. confi. 569. in ſi. D. meus Rimi. cōf. 345. n. 11. ſicq̄; ſupponit Plotus confi. 73. n. 5. 2. Tomo crimi. dicēs, q̄ de iure diuino requiritur pax offenſi uel eius heredū † nec ſine ea princeps licet eſſet Imperator, Rex, aut Dux pōt alicui facere gratiā uel liberationē delicti rōne ſcandali, q̄ oriri poſſit inter offenſum, uel ſuos heredes & offendētē. † Hinc et̄ dicitur, q̄ offenſus cogi nō pōt ad faciendū pacē. §. quia uerō in auct. ut litig. iurent. & ibi not. Ang. Bal. in l. ex ſtipulatione. C. de ſent. & interlo. om. iud. Glo. Bar. & Alberic. in l. furti. §. qui Iuſſu. ff. de his q̄ not. in fa. latius Marſ. cōf. 98. col. 1. † niſi cauſa coram ſupremis iudicibus ageretur, ut Imperatore uel Papa, qui bene compellere poſſunt offenſum ad inuendā pacem, ut uoluit Butri. in c. 1. col. pen. de mut. peti. cum ſimilibus per Marſ. mox citatū nu. 7. quare ſi pertinet ad offenſum facere pacē, partes offendētis eſſe dēt in eam petendo, & ideo ſi Panigaleus petiit pacem, colligitur q̄ ille fuerat aggreſſor. & qui prius enſe nudato Sallanum offendērat.

27 Septima quoq; concurrere non leuis confite-
tura, quod Sallanus sponte se in carceribus co-
stituit, signum euidentis innocentiae suae, q; nec
primus ensem nudauit, nec Panigallium fuit
aggressus, prout tradit Veronenf. conf. 31. col.
4. vers. Decima. Marf. conf. 117. num. 49. & in
practi. crimi. S. diligenter. nu. 204. Carreri. in
practi. crimi. in prin. nu. 158. col. 2. Grammat.
conf. 61. nu. 3. Bartholo. Bertazolius in alma ci-
uitate nostra primarius aduocatus conf. 70. nu.
28. & Ioannes Turrius conf. 80. nu. 82. 2. Tomo
28 Criminal. t vbi referendo Marfilium dicit,
quod verè fatuus, & in sanus esset ille, qui si est
nocens, & verè reus delicti, velit se priuare li-
bertate & constitutere in carceribus, putans ce-
lare veritatem, citatq; pariter Grammatici
conf. 29. & Craue. conf. 6. nu. 39.
29 t Igitur tot praesumptiones Curiae concludere
debet: quia si praesumptiones persuadentes cu-
vno teste de veritate concludunt Iudici. Bal. cof.
136. proponitur q; Titius. ante fi. vol. 2. Craue.
30 conf. 35. numero 6. t duarq; praesumptiones
simul iunctae faciunt vnam plenam probationem,
glo. in l. instrumenta. C. de prob. Calcane. cof.
8. col. 5. Craue. conf. 143. num. 12. Iustinianus
Bodénarius aliàs cōciuis meus. cof. 54. nu. 30.
Laurétius ab Occa cōciuis quoq; conf. 63. nu.
22. Tomo 2. criminal. vbi pariter dixi cof. 84.
num. 20. sicut & primo Tomo conf. 128. ad fi-
nem. multo fortius longè plures duabus, duo-
busq; testibus de veritate deponentibus eā
facere debent.
31 t Cumque talibus praesumptionibus veritas
consonet, indubitanter faciunt plenam probatio-
nem secundum Bart. in l. 2. vers. quærit Glo. ff.
de excus. tut. sequitur Vldaricus Zasius conf.
12. num. 14. primo Tomo diuerforum Germa-
niæ cuius occasione cum Germanus fuerit, &
32 magni nominis iuriconsultus t silentio præte-
rire non possum Iacobum Thomingium docto-
rem clarissimum Germanum sic eloquentissimum
quemadmodum eruditissimum publicè
profitemem Collegiique iureconsultorum or-
dinarius vel Decanus in Academia Lipsica
nunc florentem, qui commentariis tantum meis
ex parte cognitis, ac perlectis tanta me profe-
cutus est humanitate simul ac beneuolentia, vt
nedum vnam, sed & plures ad me literas mis-
erit, me prætermodum extollens, seque mihi
deditissimum significans, cui quam plurimum
me debere sentio, tantumque quod sentio me
tantam tanti viri gratitudinem non facile pos-
se persolvere, sed vt potero satisfaciam literis
meis eum salutando scriptisque celebrando.
Superest ad rem nostram deueniens breui-
ter attingā duos testes deponentes Sallanum
primo gladium euaginasse, facileq; demonstrē,
q; illis minimè sit deferendum. nam quod atti-
net ad vnum eorū, cum dicat se fuisse in socie-
tate duorum Nobilium, qui cum peruenissent
ad locum rixæ mox sopitæ, interrogauit quid il-

lud fuisset, vt illi deponit, est impossibile q; il-
le testis absens inde tempore quo cepit rixā,
cernere potuerit quis fuerit primus ensis vibra-
tor aut euaginator, t vnde cum per illos nobi-
les cōiunctur, vt per Abb. & Dec. in c. at si cle-
rici. not. 1. de iudic. dictum suū nullatenus est
curandum. & vbi testis deponit non verifimi-
lia vel impossibilia, pter id quod nō probat, su-
spectus est de falso, c. non ne, de praesum. & ibi
not. Abb. l. ob carmē. S. fi. ff. de test. Gabriel Ca-
satus cof. 59. nu. 50. 2. Tomo crimi. Iul. Scarla-
tinus cof. 106. nu. 23. eodem Tomo, dato q; et
per testes nō conuincatur, vt tradit Bar. in l. Lu-
cius. in fi. ff. de infami. Alba. conf. 70. num. 8.
34 t nec id mirū videri debet, nam cum verifimi-
litas in probationibus sit in maxima cōfide-
ratione. l. 3. l. ob carmē. ff. de prob. Bal. in l. scri-
ptura. C. de fid. inst. D. meus sum cof. 156. nu.
35 14. & in addi. ad eū dixi, t quibus nūc addo Ol-
dradiū. cof. 13. in fin. & Crau. cof. 135. nu. 33. di-
centes, q; verifimilitudo multū debet attendi,
cū habeatur pro lege, quod etiam repetit Sena-
tus Pedemont. Decif. 170. num. 10. & vt inquit
Arctin. conf. 9. col. 2. iudex in deprehendenda
veritate debet in primis attendere, quid sit ve-
rissimile. sequitur Craue. cof. 61. nu. 9. Roland.
à Valle. cof. 61. nu. 35. sequitur vt cōcludamus
illum testem deponētē nō verifimile, fidē nō
36 faciat. t Quod verò pertinet ad alterū cum fue-
rit amicus Panigallei, sociusq; suus in itinere,
quo Sallanum perquirebat, ut supra vidimus,
& in rixa quoque, in qua cum Panigalleo nuda-
uit ensem, sicque defectus plures patiatur vtiq;
nullatenus admitti dēt, nā plures defectus pro-
bationē anihilat, & destruit, vt scribit Soe. cof.
118. col. antep. vers. postremò. vol. 1. Grat. cof.
59. nu. 41. uol. 2. Gramma. conf. 45. nu. 22. Rol.
à Valle. conf. 24. nu. 61. uol. 1. Quare remanet
ut Sallanus à contentis in inquisitione sicut &
à carceribus liberetur.

Hippoly. Riminaldi. Ferrae.

Pro Camera Fiscali Illustrum Comi-
tum de Calcagninis Dominorum
Fusignani.

ARGUMENTVM.

Luculenter vsurarum materia tractatur, vt quādo
sub nomine frumētī datur pecunia, vel sub affi-
ctus velamēto: Itē quando res emitur cum pa-
cto de retrouendendo, vel simpliciter, uel à cer-
to tempore usque ad tale. Pluraq; pulcherri-
ma ac scitu digna cumulantur, quæ mirum in-
modum lectores oblectabunt.

S V M M A R I V M.

1 Loca subiecta reguntur statuta ciuitatis dominantis.
Nisi respectu pœnæ si nō fuerint in loco publicata. 2.
Vsura

3 Vsura rapina sunt.
Et earum vorago animas deuorat, & facultates
exhaurit. 4.
5 Vsuras exercentes reputantur pestimum genus homi-
num, & idolatriam committunt. 6.
6 Vsurius plus diligit pecuniam quam Deum.
Si quidem auarus est.
7 Auarus inquit, quod Iuuenalis.
8 Vsurius dicitur turpis persona, nec potest querel-
lare testamentum fratris, qui turpem personam
instituit.
9 Infamis alteri infamiam obijcere non potest.
10 Vsura iure diuino sunt prohibite.
Sed & humano & quocunq; iure 11.
11 Vsurae sunt contra Deum, & hominem, ac contra
bonos mores.
Et contra naturam, cum pecunia non germinet pec-
cuniam. 12.
Item contra bonum publicum.
Et equiparatur igni.
Maximè ledens licet non sentiat, & dicitur ex-
ctio iniquissima, & quatuor blasphemias inducit
abominabiles contra Deum.
14 Contractus qui frequentatur, & licitus in loco repu-
tatur licet verè sapiat usuram, non tamen usura-
rius dici debet.
Quod reputat notandum Salyc. 14.
At id verum non putat auctor de iure Canonico 53.
Sicut nec Cardinalis Albanus. 56.
15 Consuetudo regionis allegari potest ad excludendam
praesumptionem vsurarum.
16 Consuetudo licet iniusta & inualida excusat à pœna
saltem in foro contentioso. 17.
Nisi manifestè appareat ex forma contractus vsurā
esse commissam. 57.
18 Vsura non committitur nisi in mutuo vero seu factō
ex conuentione partium.
Sed immo in quocunq; genere contractuum ex de-
prauata intentione contrahentium. 59.
19 Contractus forma debet inspicere ad iudicandum il-
lum vsurarium in foro contentioso. 83.
20 Contractus in dubio praesumitur licitus, legitimus
ac iustus, & in essentia iudicatur qualis apparet in
prima sui figura. 21.
Secus ubi sumus in claris ex coniecturis. 63.
22 Fama bona purgantur sinistrae suspiciones.
Nisi actus subsequentes contradicant. 65.
23 Vsurius criminaliter puniri non potest.
Quia nulla lex hoc dicit.
Nisi extē statutū in loco pœnam imponētia. 70. 71.
24 Vsurarum crimen pertinet ad cognitionem
Iudicis ecclesiastici non secularis. 25.
Quia est crimen ecclesiasticum ideo spectat ad eccle-
siasticum. 26.
Que sententia communis est. (28.
Vbi questio versatur super iure non super factō. 27.
Sed auctōr contradicit & dubitabilem putat opinio-
nem praedictam. 72.
Et magis esse communem probat.
Sicq; fuisse iudicatum.
27 Exceptio si opponatur, quod causa est usurarū, remis-

sio fieri debet ad ecclesiasticum. sed contra. 73.
29 Statuere non possunt laici super causa vsuraria, sal-
lit ubi per aliud statutum disponitur, quod omnia
statuta valeant, & seruari debeant. 80.
30 Statutum Ferrae sub rub. quo tempore aestimationis
frumenti soluendi ratio habeatur.
31 Dolo versari dicitur transgredies statutum.
32 Verbum posite, preposita negatiua resistit potētia et
prohibitionem inducit.
33 Testes de fama quando probent.
Et quando nō, vt quod publicè dici audierunt. 34.
Que sententia communis est. 35.
Secus si dixerunt, audiuisse dici à pluribus & diuer-
sis personis, vel à maiori earum parte. 36.
Saltem nominādo personas à quibus audierunt. 37.
Fictū dicitur factū & assumptū contra veritatē.
39 Contractus simulatus & in fraudem vsurarum
quando factus dicatur.
40 Simulatio de cōtractu ad contractū qualis dicatur.
41 Vsura dicitur quicquid accedit sorti.
Etiam in casibus, in quibus aliquid pro interesse
debetur.
Quia probandum est ipsum interesse.
42 Precia variantur tempore.
43 Vsurius contractus praesumitur quando pacta om-
nia sunt in fauorem creditoris, debitoris verò ne-
quaquam.
44 Ratio finalis ex proœmio statuti colligitur. 45. &
multum operatur.
46 Vsuriy contractus occultè plerumque incunt.
47 Extensio fit in pœnalibus quoties agitur de remouē-
do fraudem.
48 Masculinum concipit femininum in statuto factō
ad obuiandum fraudibus.
49 Extensio fit quando ratio est expressa.
Licet sumus in pœnalibus. 50.
Fallit in pœnalibus & correctorijs simul. 51.
53 Corrigi non potest quod non est inductum.
53 Consuetudo contra ius naturale non excusat, quando
est nutritiua peccati.
Et quando praebet materiā delinquendi non valet.
Vel applicandi animum ad maliciam.
54 Consuetudo contra ius Canonicum & aequitati na-
turali contraria irrationabilis dicitur.
Igitur non valet. 55.
Nisi princeps sciens eam tolerauerit. 56.
58 Vsura dicitur emptio frumento tempore aestimati-
mensurando tempore paschatis.
Quia tunc plus valet regulariter, & licet quando-
que contra contingat.
Non consideratur, quia sufficit spes contraria.
60 Contractus quō ad formam non est vsurius sed quō
ad deprauatam intentionem.
61 Societas, quod vnus ponat pecuniam lucrumq; tan-
tum consequatur, & alter operam damnūq; illi
cedat, dicitur mutuum.
62 Contractus forma inspicere debet alio non apparente.
62 Probationes leniores admittuntur in vsuris.
63 Praesumptiones, & coniecturae dicuntur liquidissimae
probationes. & Alexander in eo declaratur. 64.
66 Famae dua contrariae quādo probantur eiusdē tēporis,

- attenditur illa qua processit ex verisimilioribus
presumptionibus. cuius exemplum datur. 67.
- 68 Testes qui negatiuam asserunt non probant, magis
creduntur asserantibus quam negantibus. 69.
Et de ratione.
- 72 Usurarius dolum committit in exigendis usuris con-
tra prohibitionem.
Et punitus per Episcopum poterit etiam puniri per
Iudicem Secularem in excessu pene.
Cuius rationem subdit, quia tale crimen est de foro
suo, cum viroque iure usurae sint prohibita.
- 73 Iudex ecclesiasticus si iniberec seculari procedenti
in causa usurarum vigore statuti secularis quid ei
respondere possit.
- 74 Leges civiles in causa ecclesiastica possunt allegari.
75 Audiri non debet, cuius non interest.
- 76 Excipere nemo potest de iurisdictione iudicis ali-
cuius praeter ipsum iudicem.
Ratioque pulchra subiicitur. 77.
- 78 Commune Bononiae si potest auferre bona bannito
nullus opponere potest praeter ipsum ad eius utili-
tatem.
- 79 Emphyteuta propter canonem non solutum non cadit
a iure suo nisi volente domino.
Nec alius id opponere potest.
- 80 Statutum Ferrae de obseruantia statutorum recitatur.
- 81 Actum valere vel esse nullum, sed de nullitate oppo-
ni non posse procedunt a pari.
- 82 Sententia quando nulla dici non potest, perinde est
ac si valeret.
- 82 Statuta vel decreta principum que prohibent usu-
ras, & puniunt, valida supponuntur.
- 84 Contractus, quando dubitatur qualis sit, cognoscitur
ex tenore verborum.
Mens enim contrahentium non melius elucescit qua
per nomen contractus expressum, & est communis
opinio.
- 84 Contractus qui non sonat in usuras usurarius cen-
seri non debet.
Contractus non ex verbis considerari debet, si con-
suetudo de usuraria prauitate contrahentis cum
alio. 93.
- 85 Mercator solitus negociari potest probare se ceteros
mercatores tantum lucrari solitus, ut illud
pro interesse petere possit.
Sed contra quod immo probari debeat habuisse mer-
ces paratas, ex quibus tantum fuisset lucratus, si pe-
cunias habuisset. 100.
- 86 Pecunie summa magna si detur alicui non adiecta
causa non presumitur causa donationis.
Sed mutui si numerata fuit.
Et si conuentum fuit de uniformi praestatione, velut
octo pro quolibet centenario, inducitur crimen
usurarum. 87.
Licet aliter asseratur in scriptura. 88.
Quodcumque nomen exprimat puta cambium.
- 89 Consectudo non excusat a pena, quando apparet ex
forma contractus usuram fuisse commissam.
- 90 Interesse certum non potest ab initio conueniri, etiam
in casibus in quibus solet concedi.
- 91 Mutuarius si tibi 10. que promittit in nudinis red-

- dere vel 15. pro interesse dicitur usura.
Nec statuitur assertioni de interesse nisi illud probetur,
& quantum, ratioque pulchra subiicitur. 92.
- 93 Contractus licet ex verbis emptio videatur, locatio
tamen aut conductio quandoque debet iudicari.
Quia in conuentibus mens verbis preualet.
- 94 Contractus natura facit ut a falsa denominatione
recedamus.
- 95 Societas non dicitur proprie, licet sic nominetur, cui
rei dominium translatum fuit.
- 96 Effectus spectandus est spectata denominatione.
- 97 Verba super loco, denotant ius pignoris constitutum.
- 97 Contractus venditionis quando non sit sed pignoris
& in fraudem usurarum. 98.
- 99 Interesse lucri cessantis ut debeatur, primo probari
debet, quem esse solitum negociari.
Et est communis opinio.
Vel esse mercatorem.
Item merces in promptu fuisse, de quibus tantum fuis-
set lucratus. 100.
Et lucrum fuisset quasi certum. 102.
Et in actu, vel quasi in actu. 103.
- 102 Tutor conueniri non potest ad interesse, quia non
emerit praedia, nisi probetur, quod extabat venalia
& quod super hoc tractatum fuisset.
- 103 Intellectus. l. quemadmodum. S. si nauis. ff. ad leg.
aquil.
- 104 Intellectus. l. continuus. S. cum ita. ff. de ver. oblig.
- 105 Interesse solito negociari non debetur ante mo-
ram. 107.
- 106 Morosus equiparatur furi.
- 106 Interesse sine culpa non debetur.
- 108 Contractus reputatur usurarius ex tribus simul
concurrentibus, pacto de retro uendendo, modicita-
te pretij, & emptoris soliti facerari.
Et ita seruatur. 109.
Et est magis communis. 110. 111.
Par. q. verior. 112.
Et communior. 113. 114.
Et probabilioribus rationibus, sicut maximis aucto-
ritatibus suffulsa. 115.
Sed quod immo duo sufficiant ad arguendum con-
tractum faceraticium, paruitas pretij pactumque
de retro uendendo. 122.
Sicque collegia Mediolanense ac Papiense consulue-
runt. 123.
Et coram peritis obtinuit Albericus.
Estque magis communis opinio. 124. 131. 132.
Et approbata conclusio.
Sicut verior, communis, & communior. 127.
Et anima salubrior. 128. 135. 136.
Et ita seruatur in iudicando. 129. 133. 134.
Et Ferrariae iudicatum fuit. 130.
Item communis & equissima dat a pretij modicita-
te, & necessitate uendendi. 137.
Nec ab ea recedendum est in iudicando, & consu-
lendo. 111.
- 115 Verba maioris auctoritatis esse videntur, quando
quis magis utitur ratione.
- 116 Intellectus. cap. ad nostram de empt. & vendi. per
Veron. & Didac.

Sea

- Sed alia magis probat auctor Antonij Burgos. 142.
Et nouum ac ingeniosum ponit 144.
- 117 Pactum de retro uendendo facit ut res minus esti-
metur, quam si simpliciter venderetur.
Vt que centum ualeret, septuaginta tantum uenda-
tur. 118. uel iudicis arbitrio. 120.
- 119 Res minus ualeat ob onus adiectum.
- 121 Modicitas pretij re uendita cum pacto de retro-
uendendo ad excessiuam restringitur, quid autem
stante statuto Ferr. 149.
- 125 Romanus consi. 304. in dictione maxime, pondera-
tur a Mandosio.
Et melius ab auctore. 126.
- 126 Dicitio maxime, denotat idem iuris in casu incluso
quod in expresse.
- 138 Opinio pro qua stat Glossa preualet.
- 139 Glossa idolum aduocatorum uocatur.
Et Doctores somniant uolentes infringere opinio-
nes Glossarum.
Et de laudibus earum & auctoritate. 140.
- 140 Glossa iuris Canonici dicitur maioris auctoritatis
Glossa iuris civilis.
- 143 Opinio pro anima tenenda est. Et pro qua Collegia
consulerunt magis altera, pro qua Doctores par-
ticulares.
- 143 Usurarium facit nedum pactum sed intentio.
- 145 Appellationi deferendum in dubio.
- 146 Dolus continet fallaciam & machinationem.
- 147 Ratio ubi eadem militat eadem dispositio locum habet
- 148 Pactum de retro uendendo post tale tempus reprobat
- 149 Statutum Ferrae de penis contra usurarios recitatur.
- 150 Extentio fieri debet ut delicta puniantur.

CONSILIVM CCXVIII.

Auxilium meum a Domino.



N praesenti causa, in qua. D. Io-
annes Gallus inquiritur in terra
Fusignani de contractibus illicitis
ac in fraudem usurarum concep-
tis tam sub nomine depositi, uel
affictus, quam uenditionis cum pacto de retro
uendendo, cum tamen uere mutuauerit sub
usuris ad decem pro centenario in anno. Ta &
si moris mei non fuerit in praeteritum contra
reos in criminalibus scribere. Nihilominus se-
cus nunc me facturum putauit: quoniam non agi-
tur de poena corporali, sed pecuniaria tantum,
partim denunciatori, partim filico, partim Chri-
sti pauperibus applicanda, secundum formam
statuti Ferrariae sub. Rubr. de penis contra usu-
rarios. Quod et Fusignani seruatur Illustribus
Comitibus de Caleagninis in feudati per excel-
sam Domum Estensem, ut literis Alfonso Ferrar-
ie Ducis Amplissimi positus ante statuta Ferrar-
iae manifeste significatur, & in super ita de iu-
re communi cauetur, & nam loca subiecta re-
guntur statutis ciuitatis dominantis in defe-
ctum statutorum suorum. S. si. & ibi Glo. & do-
cto. inst. de satisfda. Soc. cons. 81. n. 3. uol. 1. col.

128. uol. 3. Fel. in c. Rodolph. col. 3. de resc. Ias.
in S. rursus. nu. 40. inst. de act. Dec. consi. 429.
nu. 5. Grat. resp. 11. n. 12. uol. 2. D. meus Rimi-
conf. 72. in fi. conf. 361. in fi. & conf. 575. nu. 7.
- 2 † Et licet idem consi. 9. nu. 22. dixerit hoc non
procedere respectu poenae, nisi statuta fuerint in
loco subiecto publicata, per not. per Abb. &
Imol. in c. 2. de conti. tamen & huic limitatio-
ni prouisum reperitur in castro Fusignani, cui
statuta Ferrariae fuerint ibidem publicata. † Ta
toque magis ad scribendum descendit, quod usu-
rae, de quibus agitur, rapina sunt. c. si quis usura
14. q. 4. Natta consi. 498. nu. 23. ubi per illum
textum dicit, quod quicumque usuram accipit
rapinam committit. † & usurarum uorago aias de-
uorat, & facultates exhaurit. c. 1. de usur. 16. pul-
creque ponit Fortunius Garzia in tract. de ult.
sine. iur. n. 101. † Hinc exercentes usuras pesti-
mum genus hominum reputantur, ut p. Hosti. in c.
ad nostram. de emp. & uend. Lauren. de Ro-
dup. in tract. de usur. q. 60. nu. 3. ueluti comit-
tentes Idolatriam, que est Idolorum seruitus. c.
auaritia. de preb. † plus enim diligit usurarius
pecuniam quam Deum, arg. c. sicut hi. 17. di-
stin. † si quidem auarus, qualis est usurarius,
non solum dicit quod Poeta Iuuenalis (vos non
mihi estis fratres) sed ipsius (uos nummi estis ip-
se Deus) ut refert Ambros. de Vignate in tract.
de usur. nu. 239. † & usurarius in specie dici-
tur turpis persona, unde si frater est usurarius
non potest querelare testamentum fratris, qui
turpem personam scripsit haeredem, cum & ipse
sit talis, ut docet Bal. & ceteri sequuntur. in l.
in arenam. C. de inoff. testam. Iason ibi & in l.
fratres. co. tit. Vafquius de success. creati. S. 10.
nu. 592. Grat. respon. 6. nu. 30. uol. 2. † Motus ea
ratione: quia iniquum est tolerare quempiam
alteri infamiam obicere, cum & ipse sit infam-
is. iuxta illud, nil iudaeus iudeo, nil Catilina
Cetego. & quod sit infamis ipso iure tenent Ia-
cob. Butrig. Bald. Saly. & omnes in l. improbi
10 C. quibus ex caus. infam. irrog. † Nec immeri-
to tales usurarii reputantur: quoniam usurae iu-
re diuino sunt prohibita, ut scribit Iacob. de
Belui. in tract. de exc. communi. nu. 25. Petrus de
Bays. in tract. de electi. cap. 33. par. 2. nu. 2. fra-
ter Hieron. de Luca in tract. de camb. S. sequi-
tur. n. 15. Laurent. de Rodul. in tra. de usur. par.
11 2. S. 120. nu. 39. † immo, nedum iure diuino ta
ueteris quam noui testameti sed & humano, sic
que quocumque iure sunt usurae prohibita, uel-
luti contra Deum & hominem ac bonos mores
c. quia in omnibus. & c. super eo. de usur. Bero.
consi. 207. nu. 10. uol. 3. Vuogfgangus Germa-
nus consi. 40. nu. 42. Tomo diuersorum Ger-
12 maniae: † item & contra naturam, cum pecunia
pecuniam non germinet, ut offendit Abb. in
Rubric. de usur. & Ioannes Andre. in reg. pec-
catum, de reg. iur. in mercerial. Natta consi. 670.
nu. 2. Francif. Marci. q. 891. nu. 14. secunda par-
te. pulcherime Bal. consi. 449. ius naturale. uol.
3 ubi

3. ubi demonstrat, quod usura est contra bonum publicum propter eius uoracitatem, & equiparans eam igni, qui comburit & in infinitum si combustibile habeat sibi proximum, sic usura consumit quaecumque, quae quis etiam recipiens habet in bonis, quia consumptio bonorum est eius alimentum, & maxime laedit, licet non sentiat sequitur Natta conf. 369. nu. 5. hincque usura dicitur exactio iniquissima. S. erit autem 45. di. fin. Alex. conf. 1. col. 1. vol. 4. Rol. à Val. conf. 35. in fi. vol. 1. merito concludens, quod iudices boni & optimi tales usurarios repellere debent à limine iudicii & eos seueriter punire, cum sint deuoratores pauperum & insidiatores oppressorum, nec omitto, quod usura generat quatuor abominabiles impietates contra Deum, quae sunt quatuor Blasphemiae, quas ne transcribam videndus est Alex. de Neuo referens eas conf. 102. nu. 7. pleniusque varios effectus iniquissimos usurarum commemorat Senatus Pedemon. decif. 136. nu. 7. quem pariter videre licet, merito pariter usuras in praesenti casu detestari constitui.

Ad rem igitur deueniens aggredior primum caput de contrahibus sub nomine depositi factis in hunc modum. nam diuersi contrahentes cum dicto Gallo penes se uocantur in depositum certam quantitatem frumenti ab eo, quod promiserunt ei reddere ad omnem illius requisitionem, & quando frumentum pluris ualebat, illud Gallus petiit ab eis, cum quae frumentum (quod redderet) non haberent, illud appreciavit, ut tunc ualebat, seque tantam pecuniam de bitores illi constituerunt, tantumque frumentum, quod ascenderet ad illam summam, in aliud tempus se daturos illi promiserunt, cumque postea frumentum pariter auctum fuisset in precio, petiit illud ab eis Gallus. & non habentibus illis, rursus se tantam pecuniam soluturos Gallo promiserunt. Et ita bis, ter, & quater facientibus illis, modica plerumque summa pecuniae ab initio mutuo recepta licet sub nomine frumenti depositi in immensum excreuit, ut à centum ad mille. Quæritur igitur, an huiusmodi contractus tolerandi sint.

Et prima consideratione dicendum uidetur, quod sic, cum frequententur & fieri consueuerint in terra Fusignani, per doctrinam Barto. in l. quis sit fugitiuus. S. apud Labeonem. ff. de edic. ubi dicit, quod si quis facit aliquem actum, qui communiter aestimatur licitus, contrarium tamen est in ueritate; quia sapit usurariam prauitatem, ex hoc non dicitur usurarius, & illud dictum Bartoli non reputat esse notandum Salyc. ibi propter leges imponentes poenam usurariis, sequitur etiam Veronens. conf. 13. stante quodam decreto, colum. pen. Natta conf. 586. colum. fin. corroborans ex eo quod scribit Bal. in l. unica, 3. q. C. de his quae peno. Quod contractus quamuis sit suspectus, tamen non debet sceneraticius iudicari, si in re-

gione communiter frequentatur, & inter bonos seruatur, & apud mercatores: nam quia uerisimile ideo permissum, dicit Bal. per l. 3. S. fin. cum sua Glo. ff. de eo quod cer. loco. & cum praedictis etiam concordat Alex. de Neuo conf. 95. nu. 19. & 20. Bero. conf. 167. nume. 9. uolu. 1. Anton. Fero. tit. de feud. S. 20. in consue. Burdegal. quos citat Bursat. eleganter confil. 117. nume. 6. quibus addendus est Iason ad vngue. conf. 173. Septimo fundamentum, uolu. 4. Abbas conf. 15. col. 1. vers. quid ultra. vol. 1. ubi ad excludendam praesumptionem usurarum consuetudinem allegat regionis, sicque pariter arguit Oldra. conf. 207. vniuersis, in fine. & tenet Ias. in l. 1. n. 62. ver. quare quaro. C. de summa trin. D. Ant. Rondinellus conf. 21. nu. 18. Tom. secundo crimina. Benuenutus Stracca in tract. de mercatu. prima par. nu. 37. Cacial. in tract. de Ludo. nu. 22. & Roland. à Valle conf. 75. nu. 42. vol. 1. qui citat etiam Bertrandum confil. 62. col. 1. vol. 2. & Dec. conf. 170. col. 16 pen. idem tenentes. Hincque sequitur, quod ex quo tales contractus communiter fieri consueuerunt, talis consuetudo debet excusare Do. Ioannem Gallum à poena: quia consuetudo etiam iniusta & inualida excusat à poena. ut per Glo. in c. denique 4. dist. & in c. cum venerabilis. de consue. ubi pariter Butrius & Abbas, Anch. conf. 50. circa fi. latiusque; Dec. in d. conf. 170. col. 1. dicens ob id inquisitionem formari non posse etiam ad poenam extraordinariam. idemque Dec. conf. 175. col. 7. vers. 3. hoc idem Plorus conf. 108. col. 1. lib. primo criminal. & latius in l. si quando. n. 324. C. vnde ui, ad quem locum se remittit. Idemque ponit Craue. conf. 6. nu. 103. & conf. 145. nu. 12. ubi dicit, quod talis consuetudo licet iniusta excusat à crimine & poena saltem in foro contentioso, cum quibus etiam consentit Natta conf. 498. n. 25. ubi sic intelligit doctrinam Bar. in d. S. apud Labeonem, quatenus dixit, contractum non censerit usurarium uidelicet quod ad poenam euitandam. & idem sentit in simili casu Do. meus Riminaldi. conf. 164. nu. 42. ubi loquens de non nullis hebreis facientibus illud, quod cõiter alii faciebant, dicit eos excusari nedum à dolo, sed insuper à culpa, per not. per Bar. in d. S. item apud Labeonem.

18. Secundum mirum in modum uidetur adiuuare Do. Ioannem Gallum, quod usura non committitur nisi in mutuo uero seu ficto ex conuentione partium, prout notat Abb. confil. 62. circa fi. lib. 1. Dec. in l. 2. S. creditum, not. 3. ff. si cer. per. sed hic agitur de contractibus depositi, locationis & venditionis celebratis à Gallo, quibus nihil habent communione cum mutuo, nec illud in eis considerari potest vlllo modo, merito 19. usurarium suspicio cessare debet omnino ad iudicandum enim contractum usurarium in foro contentioso inspicere debet forma contractus c. in ciuitate. de usu. Abb. conf. 15. in fi. & conf. 49. col. 2. volu. 1. ubi dicit donec probetur de usura

usura standum esse formae contractus. quare cum instrumenta contractuum quae exhibentur non sonent in usuris, usuraria censerit non debet sic argui & concludit in terminis usurarum Craue. confil. 145. colum. 2. Roland. à Valle conf. 75. in princ. uolum. 1. & Bursat. allegato conf. 117. numero 10. post Paris. conf. 77. volum. 3. loquens de contractu dationis in solutum & liuelli, qui cum sint omni iure permisi, contractus eorum non debet nec potest usurarius quoquo modo censerit. Tantoque magis hoc dici debet, quod famulatur in proposito communis Doctorum sententia, semper in dubio praesumi contractum fuisse legitimum, licitum, atque iustum. Bal. in l. rogasti. S. si tibi. circa fi. ff. si cer. per. rursus validum & verum. l. cum praebus. ubi Bal. C. de prob. & in rubr. de offi. iud. 8. col. vers. ad officium iud. ubi dicit, omnem contractum censerit bona fide, ac absque labe usurarum celebratum. & Alex. conf. 220. col. 2. nu. 2. vol. 2. dicens, contractum in essentia iudicari qualis in prima sui figura apparet. idemque Bal. in c. 1. in prin. de feud. dat. in vic. leg. commiss. & in l. quauis. C. si quis alte. vel sibi. Soc. Iun. conf. 83. nu. 6. vol. 3. si quidem nemo praesumitur delinquere. l. merito. ff. pro soc. Dec. conf. 167. Paris. conf. 77. in princ. vol. 3. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter emp. & vend. Veronens. de simula. contra. praesump. 2. igitur hinc iure merito quilibet actus licito magis modo, quam illicito praesumi tur celebratus, ut per Roma. & post eum late Mandos. conf. 113. quos citat Bursat. in d. conf. 117. nume. 4.

22. Tertiò concurrat bona fama dicti Galli, nequaquam fuerit solitus pecunias suas ad usuras concedere, per quam purgari uidentur omnes sinistrae suspiciones, si quae laboraret aduersus eum. Bar. in l. 1. S. pen. per illum tex. ff. de remil. Bal. in l. si. col. fi. C. de prob. & conf. 410. in causa & quaestione Antonii. col. 2. vol. 2. Castr. conf. 284. viso quodam tali quali in fi. uol. 2. Craue. in allegato conf. 145. in fine. Ias. in l. 1. in fine. C. comu. deleg. Dec. conf. 175. col. pen. Craue. conf. 99. in fi. col. 151. nu. 21. Rol. à Valle conf. 38. nu. 34. & conf. 73. nu. 35. vol. 1. Boss. in titulo de inquisitione. nu. 36.

Quarto & ultimo, posito quod praedicta non procederent, Quodque constaret dictos contractus usurarios fuisse, tamen adhuc dicendum uideretur, quod aduersus eum non potuerit inquisitio formari per D. Commissarium Fusignani iudicem laicum ad irrogandam sibi poenam statuti contra usurarios promulgatam: Quoniam usurarius non uenit aliqua poena criminaliter puniendus, ut declarat Bal. in l. improbū C. ex quib. cau. infra. irrog. ea ratione, quia nullatenus hoc dicit. unde infert quod usurarius non reuocatur poena quae imponitur pro crimine stellationatus: quia agit ex conuentione & consensu partis. idemque sequitur Salyc. ibidem. Calder. confil. 3. de for. compet. dicens quod usu-

arii per penas ecclesiasticas & non per seculares astringuntur, & plenius confirmat Dec. conf. 170. col. pen. ubi dicit esse speciale in crimine usurarum, quod iudex ecclesiasticus procedere possit per inquisitionem ad priuatam utilitatem, uidelicet quod ad restitutionem. At seculus est in iudice seculari, qui ad persecutionem civilem criminaliter procedere non potest, ut notat Bal. in c. 1. S. similiter. col. 2. vers. extra nota. quod inquisitio de contro. inuest. & in l. ea quae. col. 12. vers. item quaeritur. C. de accus. cum similibus per Soc. conf. 219. circa primam diffcultatem, volumine 2. Quinimo plus subdit Dec. in allegato conf. 170. col. fi. dato quod contra usurarium criminaliter agi posset & inquisitio formari, pertineret hoc ad iudicem ecclesiasticum, nec per secularem id fieri posset; quia crimen usurarium est crimen ecclesiasticum, ut per Glo. in capitulo cum sit generale. de for. comp. in c. 1. de offi. ord. 11. q. 1. in summa. & in c. ex literis in fi. de iure iu. probatque in cle. dispendiosam. de iud. ubi dicitur ad ecclesiasticum, ut dicit Glo. in dicto c. 1. de off. ordi. cum similibus, ut tradit Lapus allegatione 56. Reuerende Domine, & allega. 70. saepe uidi dubitari in prin. Cald. conf. 3. an causa usurarum. in fi. de for. compe. Bal. in l. 1. in fi. C. de usu. in l. in contractibus. S. in omni. C. de nonum. pec. in l. quoties. C. de iudi. & in l. omni nouatione. C. de sacr. san. eccl. late Bursat. conf. 90. nu. 27. ubi dicit, quod haec est omnium consensu communis sententia, & inter alios citat Didacum Couuaru. variarum resolut. lib. 3. cap. 3. & alios plures citat Natta conf. 369. nu. 12. Rolan. à Val. conf. 75. uol. 1. & ideo si coram seculari opponitur exceptio, quod causa sit usuraria, remissio fit ad Episcopum, ut not. Bar. in d. l. quoties: haecque conclusio procedere uidetur in casu nostro, in quo non est questio super facto, sed super iure. Quia cognoscendum erit & iudicandum, nunquid isti contractus sint usurarii vel non. ideo tali casu Doctores omnes concludunt, quod causa debeat per solum iudicem ecclesiasticum cognosci & iudicari, ut concludit Bar. in l. Titia. ff. sol. ma. Feder. conf. 245. D. Andrae. circa finem cum similibus, ut tradit Alex. in d. l. Titia. col. 4. & conf. 9. praestantissime Doctor. vol. 4. Natta plures cumulans loco proxime citato, & sicut iudex secularis non potest de causa usuraria cognoscere, ita subdit Dec. non possunt Laici statuere quid in tali causa, quia à pari procedunt potestas cognoscendi, iudicandi, & statuendi, ut concludit Federic. conf. 96. apparet Castr. conf. 71. uisus & ponderatis. col. 1. sequiturque Decius in c. ecclesia. S. Mariae nu. 46. de const. quare sequitur ex praedictis quatenus statutum praedictum. De penis contra usurarios disponit tales & tales usurarios censerit, & concedit quod contra eos procedi possit & debeat per Potestatem & eius curiam, id non ualere

tere, nec statui potuisse, iuxta satis abunde not. per Abb. Imol. Fely. Dec. & omnes per illū tex. in dicto c. ecclesia S. Mariae, de consitu. & vltra Decium Berous conf. 167. nu. 5. vol. 1. dicit quod statueret super usuris, ut quod contractus sit usurarius in aliquo casu, ad seculares nō spectat, sed solum ad conditorem canonis. & ideo seculares non possunt statutum facere, quod ali quis contractus sit usurarius, idque dicit Berouelle Canonistas communiter in cap. quod clericis. & in c. cum sit generale. de for. compe. & ita pluribus medijs Gallus iste uidetur absolute & liberandus.

- 30^o † Illis attamen minimè refragantibus arbitror veritatem esse in contrarium, moueor, nā tales contractus indubitanter fuerunt contra statutum Ferrariae sub rubr. quo tempore aestimationis frumenti soluendi rō habeatur, quod Fufignano seruatur, ut de alio superius dixi, eo namque cauetur, quod debitores alicuius quantitatis frumeti ex quacunque obligatione, ubi dies solutionis aut tempus appositum vel appositum non fuerit, teneatur dare, & soluere frumentum vel communem aestimationem eius tempore natae obligationis, nec possit crescere aestimatio ex mora aliqua. At in casu nostro diuersi contrahentes cum Gallo constituerunt se debitores illius ex causa frumenti penes eos ab eo depositi, illudque reddere promiserunt ad omnem illius requisitionem. & sic solutioni dies aut tempus non fuit appositum vel appositum, deinde cum frumenti valor excreuisset longè plus quam tempore natae obligationis valuisset. Gallus illud aestimauit quantum valebat sic autem, tantaque summè se debitores illi constituerunt, quae quidem facta fuerunt contra dictum statutum, † meritò dicitur Gallus in dolo fuisse transgrediendo dictum statutum, prout inquit Bal. col. 35. queritur utrū pactū. col. 1. vol. 3. Craue. conf. 193. nu. 3. & alteri statuto locum fecit sub rubr. de poenis contra usurarios, vel illicitè contrahentes. ubi col. pen. dicit, illum usurarium intelligi, vel illicitè contrahentē, contra quē duo testes deposuerint, eū esse vel fuisse tempore contractus, ante, uel post p. annū usurarium vel illicitè contrahentē. Vel contra quē tres testes deponerēt se eū illicite contraxisse, aduersus. n. huic Gallum nedum duo vel tres, sed longè plures deponunt cum alijs, & ipsomet cum eo sic plures contraxisse, qui contractus illiciti fuerunt apreciando frumentum pluri quam tempore contractus obligationis valeret, contra claram alterius statuti prohibitionem dicentis. † Nec possit crescere aestimatio frumenti ex mora aliqua. nam per illud uerbum possit, futuri temporis preposita negatiua, dicitur indubitanter resistere statutum potentia secus faciēdi & eam prohibere, secundū doctrinam Bartoli in l. cum lex. col. 2. ff. de fide iuss. quem sequuntur Doctores omnes in eo casu. de quibus in l. 1. in prin. ff. de ver. ob. in l.

- Gallus, in prin. ff. de lib. & post. Soc. in l. 1. col. 2. eo. tit. Ias. in l. frater à fratre. col. 1. q. uer. ter. tia difficultas. ff. de cond. inde. & Tiraquel. de legib. connub. Glo. 2. post leges. nu. 8. licet in alio casu de uerbo non potest, praesentis temporis illum taxent, quod ut impertinens missum facio † Tantoque magis uerificatur illud statutum de poenis contra usurarios, quod hic concurrunt nedum quatuor testes, ut illud requirit ad finem, sed longè plures deponentes de publica voce & fama. quibus tempore dictorum contractuum erat & habeatur usurarius, uel illicite contrahens Gallus praedictus, dicentes eos audiuisse publicè dici per apothecas, plateas & super triuijs à pluribus & diuersis personis communiter siue à maiore earum parte, quarum etiam non nullas nominant, illum fuisse tentum pro tali, fecisseque tales contractus de quibus supra, qui testes sic deponentes indubitanter probant famam: † non enim tantum dicit sic publicè dici audiuisse, quo casu fama non probaretur, cum posset esse quod unus publicè diceret, ut tradit Bar. in l. de minore §. si plurium. col. 2. ff. de quaest. & in l. Labeo. co. 3. ver. & ideo si testis ff. de sup. leg. sicut & in l. 3. §. eius quoque, in ff. de testib. Bald. in tit. de sent. in addi. Specul. col. 24. ver. illud etiam Imol. in c. cum oporteat. de accus. Dec. conf. 57. n. 4. Marf. conf. 88. n. 12. & Rōl. à Val. conf. 54. nu. 18. uol. 1. post Imol. in l. haeredes palam 35 in princip. ff. de testa. † qui communem testatur, & idem tenet Alex. conf. 35. col. 2. uolum. 7. Dominus meus Rimi. conf. 300. nu. 45. & in apostill. ad eum confirmauit post Paris. conf. 169. nu. 47. vol. 4. sed addunt, † à pluribus & diuersis personis uel maiori earum parte, quod modo bene fama probatur, ut per Bar. in d. §. ff. plurium. col. 5. ver. ff. quid si dixi. & in d. §. eiusdem. Ang. in l. 3. ff. ad maced. Imol. in d. T. haeredes Alex. conf. 20. col. 6. vol. 5. Dec. conf. 37. 54. col. 2. † saltè uerò nominando personas à quib. audiuerunt, ut per Bar. de quo supra col. 5. uer. quare si testis interogetur. Alex. col. 3. sup. processu col. 5. uol. 4. Dec. conf. 429. col. ff. Secundò corrobatur haec conclusio contra Gallum per idem statutum in princ. disponens quod nulla persona, iudeis exceptis, quibus per priuilegiū permittitur, audeat vel praesumat alicui dare uel mutuarè ad usuras aliquam pecuniae quantitatem, seu aliquam conventionem contractum, uel pactum conficere fictitium & simulatum in fraudem usurarum conceptum sub poena, quam subiicit † sed isti contractus fuerunt fictitii, nam fictum dicitur illud quod factum est & assumptum contra ueritatē, securdum Bar. quem sequuntur omnes, in l. si is qui pro emptore. ff. de usu cap. nu. 21. & in terminis dicti statuti arguit Grat. respon. 11. nu. 27. uol. 2. propterea si uerè frumentum non fuit depositum penes contrahentes cum D. Io. Gallo, & illi se constituerunt debitores illius de certa quan-

- quantitate frumenti, puta 10. 15. uel 20. corribus, sequitur ut dicamus, totum hoc fuisse figmentum quoddam contra ueritatem, sicque contractus tales iure merito ficticios appellandos esse † Quod etiam dicti contractus simulati fuerint in fraudem usurarum concepti probatur ex l. 3. & ibi Bald. Salyc. & alii. C. plus ual. quod agi. ibi namque res fuit pignolata creditori in ueritate, tamen in fictione factum fuit instrumentum uenditionis, sicut feneratores sepe faciunt, uolendo percipere fructus in fraudem usurarū, stamus enim tali casu ueritati nō autem scripturae † Hecque appellatur simulatio de contractu ad contractum, quando vnus contractus agitur & alius simulatur, ut per Bar. col. 65. incip. Petrus, Doctores in c. illo vos. de pignor. Bero. conf. 147. nu. 28. vol. 2. & conf. 166. nu. 2. uol. 1. sic enim contingit in casu nostro, Nam pecunia uerè fuerat mutuata per Gallum sed instrumentum fuit factum de certa summa frumenti deposita, quod tunc aequiualebat illi pecuniae, postea petita fuit restitutio frumenti, quando plus ualebat, & à non habentibus illud, ut se constituerent debitores de tanta pecunia, prout plus ualebat, vel si habebat, illud praestaret maioris ualoris pecunia recepta, ad finem ut Gallus perciperet commodum pecuniae mutuatae, puta centum uiginti quinque pro centum tantum mutuatis. igitur patet tales contractus fuisse simulatos in fraudem usurarum confestim † Nam usura dicitur quicquid accedit sortis, capit. plerique. 14. q. 3. Vuolfgangus Schellis conf. 40. Tomo 2. diuersorum Germanie nu. 3. quod procedit etiam si effemus in casibus, in quibus aliquid pro interesse deberetur. quia ipsum interesse probandum esset, & praeter eius quantitatem nihil deberetur, ut concludit Ioan. Andre. & ceteri post eum in c. salubriter. de usu. Bal. in l. rogasti. §. si tibi. ver. quid ergo si mutuo. ff. si cer. pet. Ioan. de Anna. in c. fi. de usur. Alex. conf. 27. uisio temate, col. fi. vol. 4. Natta conf. 417. nu. 5. sic ergo patet, dictum Gallum per huiusmodi contractus incidisse in penam dicti statuti.
- 42 † Tertio non omittitur, quod dicti contractus fuerunt in totum fauorabiles Gallo & onerosi personis secum contrahentibus. Primò, quod loco pecuniae mutuae receptae, quae solet regulariter uniformis esse, se constituerent debitores tantae quantitatis frumenti, quod singulis annis variatur in praecio, immo & inter annum sepius. l. praecia rerum. cum ibi not. ff. ad leg. fal. & usu coprobatur est. Secunda, quod illud praestare deberent ad omnem requisitionem Galli, qui petebat illud, cum plus ualebat & non ante, ut vel illud, vel eius ualorem excedentia pecunia mutuatae consequeretur, sicque similis conuentio renouaretur saepius (ut praedixi) perniciosa contrahentibus cum Gallo, sibi que multum lucrosa 43 † quare sequitur doctrina Cardinalis in clem. 1. §. ceterum. q. 3. de usu. dicens, quod ubi pa-

- cta sunt omnia in fauorem creditoris, parum uerò in fauorem debitoris, contractus praesumitur usurarius, quem sequitur Natta conf. 670. nu. 10. considerans pariter in casu suo plura pacta in fauorem creditoris, ex quibus arguit & concludit, contractum usurarium fuisse, & haec etiam fuit Hostiensis doctrina in summa de usur. §. si. ver. 2. Laudens. in clem. praedicta. Bero. conf. 165. in prin. vol. 1.
- 44 † Quarto & ultimo moueor considerando proceum statuti praedicti, de poenis contra usurarios. Quod (inquit) Christianae religionis praecipua, honoremque sectantes, & usurarum uoraginem, quae crescente malitia nouis continuè excogitatis fraudibus pullulat, ac frequenter in dies magis uidetur, pro utilitate & bono Reipublicae, quantum nobis est possibile resecantes, hac salubri lege statuimus &c. † ex quo proceum ratio finalis ipsius statuti colligitur, ut notat Bar. Castr. & Imol. in l. ff. de her. inst. ut inquit Bal. in §. quibus, prima conf. Cod. col. 2. sequitur Dec. conf. 10. col. 2. conf. 410. col. 3. Alex. conf. 36. col. 2. vol. 5. Rub. conf. 11 in prin. conf. 89. nu. 5. D. meus Rimi. conf. 33. nu. 19. sed nulla sanè maior fraus excogitari poterat in hoc Gallo, malitiaque dari, quam quae cum ampla lataque horrea possideret, in quibus frumentum suum securè collocabat, apud rusticos & abiectas personas id deponere simulauerit, quae facile poterat illud uendere vel in usum suum conuertere, ut inde post aliquot dies aut menses, illud ab eis petes nec consequens, eos tantae pecuniae debitores crearet, quantum excreuerat à tempore simulati depositi citra, nec hac excogitata fraude contentus, sed usurarum uoragine malitia magis in eo crescente illos induceret ad promittendum ipsi Gallo tantum frumentum, cum uellet reddere, ut cum pariter ad immensum ualorem illud ascendisset, idque petens non consequeretur, miseros illos homines rursus de tanta pecunia, quantum ualebat frumentum, debitores crearet, eadem cantilenam successiuus temporibus ter & quater repeteret, donec illos excoriaret. † Ad euitandas igitur has & similes fraudes statutum inductum fuit, & iure merito, quia feneratores sic ut plurimum contractus usurarios occultè in eunt & dolose, quod uix conuinci possunt de usuraria prauitate. cle. 1. §. ceterum, de usur. unde debet illud in casu nostro sibi locum vindicare. † quoniam quoties agitur de remouendo fraudem, sit in poenalibus extensio, ne dispositio reddatur elusoria. c. si ciuitas. & ibi Domini 2. notabi. de sent. excom. in 6. Glo. notab. & ibi Doct. in c. quamquam. de usur. in 6. Dec. in l. factum. §. in poenalibus. nu. 14. ff. de reg. iur. Sarmientus lib. 1. selectarum interpretationum cap. 12. nu. 7. idemque Dec. conf. 5. in fi. conf. 196. col. 1. conf. 277. col. 2. conf. 301. col. 2. & conf. 398. in fi. Ias. in l. 1. in prin. col. 3. ver. breuiter ista decisio. ff. de uer. ob. & in l. non dubium col.